
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Liber Primus

DE VETVSTIS TITVLIS ET NOMINIBVS PRINCIPVM, COMITVM, HEROVM, ATQVE ILLVSTRIVM FAmiliarum,

QVÆ OLIM EXTITERE VEL FVERE IN INFERIORI SAXONIA, ANGRIVARIA, ET VVESTPHALIA, &c. Quarum vel Dominia & Regiones aut in totum, aut ex parte tranſlatæ ſunt ad Epiſcoporum Diœceſes, vel quarum etiam nomina plerumq; evanuerunt, & in Spongiam abierunt, aut pauca, aut nulla eorum amplius in titulis vſurpentur;

AVCTORE

HERMANNO HAMELMANNO, Theologiæ Licentiato, & modò Eccleſiarum in Comitatu Aldenburgico Superattendente.

VNDE COGNOSCI POTEST, QVAM ſit miſera omnium hominum vita, quoniam tàm magni quàm parui, tàm Domini quàm ſervi ruunt, ut de altera vita cogitemus conſequenda in Chriſto Ieſu.

ANNO M. D. XCII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

A D

AMPLISSIMVM NOBILISSIMVM, ET INTER NOBILES PRAESTANTISSIMVM DOMINVM HENRICVM RANZOVIVM Regium vicarium & multorum Dominiorum Hæredem ac poſſeſſorem, Præfatio H. H. L.

REdeo ad te, nobilium doctiſsime & inter doctos nobiliſsime Dn. Henrice Ranzoui, literarum ac literatorum mecœnas maxime, patrone mihi & omnibus ſtudioſis perpetua obſeruantia colendiſsime, Heros clariſsime, cum hoc noſtro libello primo eoq; hiſtorico, ex quo nos omnes cognoſcimus quàm ſit miſera, œrumnoſa incerta, breuis & dubia hominum vita, atq; quòd redeat in nihilum, quod fuit antè nihil; Ideo meritò cum Dauide dicamus, Pſal. 89. Recordare quàm breuis ſit vita mea. Quis vir viuet & non videbit mortem? Pſal. 102. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, ego ſicut fœnum arui: Ideò meritò decet nos ex eodem Pſalmo ardenter orare cum Regio propheta: Dixi Deus meus ne tollas me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem anni tui (ſunt): quod ſic intelligo, Dauidem ex animo petere, quod etiam nos omnes ex animo petimus & optamus, ne nos mors inopi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

natè & improuisè opprimat, quando de ea minimè cogitamus: Huc adducatur Pſalmus 103. quoq;: Ipſe Dominus figmentum noſtrum recordatus eſt, quòd puluis ſumus: Homo ſicut fœnum dies eius tanquam flos agri efflorebit: verè Deus nouit quàm fragile ædificium & quàm miſera ſtructura ſimus, imò quàm breuis ærumnoſa ſit vita hominis in hac terra.

Huius calamitatis quaſi domeſticum habuimus exemplum in veſtræ Ampliſs. Excellentiæ affine & compatre, & meo olim condiſcipulo & poſtea hîc in Conſiſtorio Collega, quoq; compatre meo, amico verè fideliſsimo, magnifico & conſultiſsimo viro ac Domino Iohanne ab Halle I. V. Doctore clariſsimo, ac Cancellario Illuſtrium ac Inclytorum Dominorum D. Iohannis Comitis Altenburgici & Delmenhorſtani, Domini in Iheuer, &c. Domini noſtri clementiſsimi, atq; D. Anthonij Comitis Altenburgici & Delmenhorſtani, &c. ſimiliter Domini noſtri gratioſiſsimi, qui ſubitò eripiebatur ex hac vita: interim dum ille ſæpè cum prædicto Illuſtri Comite Dn. Iohanne, mecum atq; cum alijs excellentibus viris de ærumnoſa hac vita, & de regnis cœleſtibus loqueretur, non erit dubitandum de eo, etſi hîc bonus & verè magnus vir citò ex hac vita ereptus ſit, quin rectè ipſi

& ipſius

& ipſius morti applicari poſsit, Pſal. 116. Pretioſa mors Sanctorum in conſpectu eius: Semper vtiq; repetebat illum verſum:

> Von allem vbel vns erlöß/
> Es ſeind die zeit vnd tage böß.

Fuere quouis tempore multæ illuſtres ac celebres familiæ, ſicut veſtra hæc eſt Ranzouianorũ familia hodie florentiſsima, quarum tamen ruinam & interitum prædixit Salomon in Eccleſiaſte dicens, Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Ex hoc libello perſpicuè cognoſcitur, quomodo etiam magni in his terris Domini pereant cum tota ſua familia, adeò ut nihil ex ea reliquum remanſerit, quia hîc nihil poteſt eſſe diuturnum.

Interim cùm V. Ampliſs. Excell. delectetur hiſtoriarum lectione plurimum & cognitione hiſtoriarum variarum, multos etiam alios & quidem celebres hiſtoricos ſuperet, ſitq; ſemper optimè affecta erga hiſtoriarum ſtudioſos, atq; ipſis ſuum largiſsimum patrocinium præbeat, volui meritò eidem etiam hunc noſtrum hiſtoricum libellum ipſe hiſtoricorum minimus deuotè offerre & oro V. Ampliſs. & nobiliſs. Excellentiam reuerenter, vt eum benigno vultu ſuſcipiat & publici iuris faciat: Chriſtus regat nos ſenes in hac noſtra canicie, vt faciamus ſalutaria, & ei viuamus & moriamur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

LIBER PRIMVS DE FAMILIIS EMORTVIS.

ARen *aliꝫ* Arden. *Crantius quando genealogiam Luderi vel Lotharij Imperatoris recitat, huius Dominij mentionem lib. 5. cap. 33. Metropoleos facit, ubi dicitur: Friderici pater Dominus de Are Godefridus: Fuit arx iſtius Dominij ſita ad duo miliaria à ciuitate Tremonia, inter oppida Vnnam & Mendam, & oppidum Menda ſubfuit iſti Domino, ut adhuc eſt ditionis Colonienſis oppidum, & vicinum Cœnobium Scheda ex eo Comitatu vel Domino exſtructum eſt, & præcipua ad eam arcem pertinentia bona poßidet: Alia bona ex eo habent & habuere in feudum nobiles de Aldenbochum, qui in vicinia morantur. Ex quibus hodie duo ſuperſunt (anno 1580) fratres ibidem in vicinia morantes ut Ioannes & Theodorus de Aldenbochum nobiles & egregij viri. Cùm inueſtiretur Epiſcopus Colonienſis Philippus natus Dominus in Hinsborg (Dominio olim terræ Iuliacæ) à Friderico I. in Gilhauſen anno Domini 1180. titulo Ducatus Angriuariæ & VVeſtphaliæ, fuit in comitatu, ut beneficiarius Epiſcopi, etiam Gerhardus Dominus in Aren, Et tertius nomine Bernhardus Dominus de Lippia in ordine habuit cognatam Lotharij coniugem Petronillam Do-*

mini de Aren filiam. Et comitatus Hœſtede & Aren uno tempore acceſſerunt Colonienſibus præſulibus, anno Domini 256. per Cunradum ibidem Epiſcopum Comitem ultimum in Hœſtede & Dominum in Aren, qui hæc Eccleſiæ donauit, teſte Chronico Colonienſi. Fuit Traiectenſis Epiſcopus ordine 32. Theodoricus Dominus de Aren. Et anno Domini 1166. Comitiſſa de Meer & Aren D. Hildegunda fundationem maioris Monaſterij propè Noueſium inſtituit & ei præfecit unicam filiam Hedwigen. Verùm ut illi Domini tranſierunt & non ſunt, ſic omnis homo præterit & non exiſtit.

Arnsberg. *Quod municipium vel propugnaculum alij inde deriuatum volunt, quaſi Angriges borch vel Engensborch, quaſi Angriuariorum munitio. Fuit anno D. 660. Guntherus Dominus in Arnsberg, teſte Andrea Hoppenrodio, & in ſupplemento derelictorum apud Arnoldum Lubecenſem abbatem libro 1. cap. 32. fit mentio Henrici Comitis de Arnsberg. Anno 1107. Theodori Domini in Arnsberg & VVeſterlande ſuperſtitis, meminit idem Hoppenrodius: Fridericus Comes in Arnsberg & per VVeſtphaliam fuit, qui interdum nominatur à Crantio in Metropoli & Saxonia Comes VVeſtphaliæ. Crantius refert libro 6. cap. 46. Propterea Henricum Arnsbergicum comitem, quòd fratrem inedia necauiſſet in*

carcere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

carcere, fuiſſe à Colonienſi, Padenbornenſi & Monaſterienſi Epiſcopis obſeſſum & expugnatum, ſed tandem recepiſſe comitatum à Colonienſi Epiſcopo in feudum, ea lege, ut iſti poſt mortem ſuam totus ille comitatus cederet. Sed aliter de eo negotio refert Chronicon Colonienſe, cuius narratio vera eſt, & ſic habet: Gotfridus Comes VVeſtphaliæ & in Arnsberg cum coniuge nata Comitiſſa de Marca (quam Petrus Marſſæus Cratopolius Cliuicam dicit fuiſſe) nullam habens prolem, pietatis ergò ſuum comitatum Colonienſi Præſuli Friderico, Domino de SarWerde (dominium hoc SarWardenſe fuit in inferiori Germania olim, quod aliquando Comites in Morſe poßiderunt) & eius Eccleſiæ Colonienſi (quanquam addatur ipſum, prius quàm hoc fieret, captum fuiſſe à Colonienſi præſule, propterea quòd Suſatenſi vrbi & ditioni, quæ tunc Colonienſis Diœceſeos erat, damnum intuliſſet) viuens adhuc Comes in poſſeßionem dedit, & in eam ipſum admiſit præſulem & eius Dominio abdicato ſe recepit Coloniam & ibidem mortuus in ſummo ſepelitur templo. Illam reſignationem ægerrimè ferentes ſubditi, adeò etiam mortuo Comiti iraſcebantur, ut eius monumentum lapideum ſecuri ſæpè diſcuterent, Ideo eſt ille locus præmunitus, ne haberet aliquis ad hunc acceſſum, ut hodie eſt conſpicuum. Eſt amplißimus Comitatus & adhuc ſplendida arx

& ciui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

& ciuitas. Fuit Godefridus Epiſcopus primò Oſnaburgenſis, deinde Bremenſis, Comes de Arnsberg anno Domini 1439. Et hunc ait Ioannes Schiphower in Chronico Aldenburgico contuliſſe comitatū de Arnsberg Eccleſiæ Colonienſi anno D. 1348. ſed non eſt veriſimile. Anno Domini 1312. vixit VVilhelmus Comes de Arnsberg, & antea anno Domini 1295. legitur Ludouicus Comes de Arnsberg vixiſſe: Fuerunt ita Comites Arnsbergici ſatis potentes, ſed perierunt, ut hinc hominum conſideremus interitum, tàm in nobili quàm plebea ſtirpe.

Aſcaniam, Comitatum veterem Saxoniæ inuaſiſſe Epiſcopos Halberſtadianos, ſcribit Hoppenrodius, ſed principes Anhaldinos eum iure propemodum recuperaturos eſſe, addit.

Aſchersleben, In ditione Magdeburgenſi Comitatum fuiſſe ſcribit Marcus VVagnerus in deſcriptione nobilis familiæ de Meiendorff, cuius ego propaginis nobiliſsimum & præſtantiſsimum Nobilem & de vera Religione optimè meritum Dominum Andream de Meiendorff noui, cuius meritò, ut viri æterna memoria digniſsimi, honeſta fit mentio.

Aluensleben, Comitatus in Diœceſi Magdeburgica. Vdo Comes in Aluensleben fuit 18. Epiſcopus Hildeſimenſis. Tandem ille Comitatus ceſsit mortuis maſculis hæredibus Marchioni Brandeburgico Othoni,

thoni, & cùm is caperetur anno D. 1238. ab Epiſcopo Halberſtadiano ordine 23. Ludolpho Comite in Scladem, is Marchio Dominus Ottho tradidit arcem & Dominium in Aluensleben, prædicto Halberſtadiano Epiſcopo qui illud cum arce vendidit Primati & Epiſcopo, Magdeburgico Ludolpho de Dingenſtadt anno D. 1260. ut Andreas Hoppenrodius ex Chronico Magdeburg: Et Metropolis Crantij lib. 8. cap. 11. teſtatur. Primi Comites huius Comitatus creduntur deſcendiſſe ex Comitibus de Aldenburg, de qua re in Chronico Aldenburgico nos plura dicemus. Hodie ſunt nobiles de Aluensleben. Sed hæc latius tractant Marcus VVagnerus & Cyriacus Edinus in libro edito anno D. 1581. de familia Aluenslebiorum. Interim & hîc conſideretur magna mutatio, quia nihil eſt in mundo ſtabile.

Alsleben, *Arx & oppidum fuit olim Comitatus in ditione Magdeburgica. Gero Comes in Alsleben vixit anno D. 974. cuius filia Adala. Anno Domini 1105. Vdo Comes in Alſleben vixit, qui eſt obſeſſus in arce à Saxonibus & Henrico Magdeburgico Epiſcopo. Anno D. 1151. vixit Henricus Comes de Alſleben, & illo mortuo acceßit ad Diœceſin Magdeburgicam, ſed anno D. 1372. vendidit dominium hoc Albertus de Sterneberg Comes, Epiſcopus Magdeburgicus, ideo hodie illud obtinent nobiles de Kro-*

ſick,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſick, teſte Hoppenrodio ex Chronico Saxonico & Magdeburgico. Interim perierunt illi Comites & non extiterunt, ut nihil eſt hîc durabile in hac terra.

Aldenkauſen, *In Diœceſi Magdeburgica Comitatus fuit, ad quem pertinuit arx Oſterburg. Anno D. 1210. vixit Siffridus Comes in Aldenhauſen, qui bella geßit cum Marchione Brandeburgico Alberto: Anno Domini 1352 peruenit ad Diœceſin Magdeburgicam iſte Comitatus, quem quoq; vendidit anno 1371. trigeſimus primus Epiſcopus Albertus Comes de Sterneberg, qui fuit dilapidator iſtius ditionis, ſed Albertus de Querfurt ibidem Archiepiſcopus rurſum ad Diœceſin Magdeburgicam recepit illũ Comitatum anno Domini 1383. teſte Hoppenrodio ex Brottaufftij Chronico Magdeburgico & Saxonico: En hîc rurſum in his Comitibus fragilitatem humanam, quomodo & illi ante trecentos annos fuerint & iam cum titulo diſparuerint, cernimus, quia nihil eſt firmum & ſtabile in hoc mundo.*

Ahuſen, *Dominium in Diœceſi Monaſterienſi ubi eſt adhuc eius nominis ciuitas & Arx utcunq; munita. Anno Domini 1305. vixit Ottho dominus de Ahuſen, qui unus ex fidei iuſſoribus pro Simone Comite de Lippia, teſte Cranzio in Metropoli lib. 8. cap. 52. & Erthwino Erthman in Chronico Oſnaburgenſi. Gobelinus Perſona (olim*

Decanus Bileueldiæ, & deinde Monachus in Bodeken) ſic ſcribit in ſuo Coſmodromio ante annos ducentos: Epiſcopus Monaſterienſis per Comites de Tecklenburg & de Lippia deſtruxit ad iniuriam Ioannis Domini de Ahuſen, caſtella Ahuſen & Deipena. Arx illa Ahuſen fuit hactenus multorum Epiſcoporum Monaſterienſium ſedes, & dicitur ad illud Dominium pertinuiſſe ciuitas Buchholt, & arx & oppidum Meppen. Fuit quoq; anno 1306. quando Epiſcopus Monaſterienſis pugnaret cum Oſnaburgenſi, in caſtris Epiſcopi Monaſterienſis cum multis Comitibus quidam dominus de Ahuſen, teſte Erthwino Erthman in Chronico Oſnaburgenſi. Ottho Hoyenſis Comes, Epiſcopus Monaſterienſis, ad ſe hoc dominium vi tranſtuliſſe dicitur. Sed iam ille Ottho Hoyenſis pluresq; in eo loco Epiſcopi cum nobilibus Dominis de Ahuſen perierunt & tranſierunt, ita ut hìc finem habuerint, verùm quò tranſierint ignoratur.

Arckenovv, *Arcem & oppidum propè Quakenbruggum ademit Epiſcopus Oſnaburgenſis Engelbertus ſuo fratri Comiti Teckelnburgenſi Otthoni, & funditus deleuit, & inde vrbem Quakenbruggum ædificari curauit, teſte Erthwino Erthman conſule Oſnaburgenſi in ſuo Chronicò Oſnaburgenſi.*

Alpe, *Splendidum dominium Adolphi Comitis Newenarij & in Morſe, ademit ipſi Erneſtus Dux*

Bauariæ

Bauariæ Archiepiſcopus & Elector Colonienſis & adiecit Colonienſi ditioni vel Electoratui.

B.

Berga, *Dominium in Diœceſi Mindenſi.* Das noch genennet wird das Haus zum Berge, *in vicinia Comitatus Schowenburgici & Lippiæ & Dominij in Vlote, atq; contiguum vrbi Mindenſi, à qua diſtat paruum miliare, ſupereſt: Et domini in Berga, vt eſt arx in monte ſita, fuere aduocati Eccleſiæ Mindenſis, & ex illa familia fuere aliquot Mindenſes Epiſcopi ut VVedekindus & Ottho: Hanc eorum genealogiam in manu ſcriptis Chronicis reperi: Gerhardus eius coniunx Comitiſſa de VVunſtorff, ex quibus naſcitur VVedekindus Ioannes & Ottho. Sed fit VVedekindus Epiſcopus Mindenſis, qui moritur anno D. 1350. Verùm alter frater Ioannes eſt Canonicus in Minden & moritur quoq; anno Domini 1362. Otthonis coniunx fuit Comitiſſa Hoyenſis VVichilda, cum qua recipit partem ſui dominij in Schalckesberge, (ex quo fecerunt iſti Comites Cœnobium Benedictinum, & indiderunt ei nomen Hildenberge) oppignoratam Hoyenſibus Comitibus Anno 1319. Ex his nati ſunt Gerhardus, Simon & Ottho. Gerhardus Epiſcopus Verdenſis Hildeſij moritur anno D. 1396. Simon hæres patrij Dominij, cuius coniunx Armegarda de Lippia fuit, moritur abſq; hæredibus & ſcribit*

Erthwinus Erthman in Chronico Oſnaburgenſi, eum ſemper lætiſſimum Heroa fuiſſe, & in morte ceciniſſe ſonora voce Antiphonam: Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem, &c. Utinam in Chriſto piè ſit mortuus: quia Maria ut homo iuuare non potuit. Sic ruunt omnes mortales & intereunt. Ottho Epiſcopus Mindenſis poſt mortem fratris inuadit, ut hæres, dominium, quod quidem eſt amplum, & multas in ſe continet parochias, & tandem hoc aſſignauit Eccleſiæ Mindenſi, unde hi verſus ſunt:

Conditur hac tumba vir nobilis atq; columba,
Simplex & rectus heu nunc in corde reiectus,
Præſul Mindenſis Ottho de Monte vocatus,
Laudibus immenſis cleri vulgiq; probatis,
Ditans hanc ſedem cum Monte ſuo, quia exin
Fecerat hæredem dotando locum magis ipſum.
M. ter C. iunctis L. & quater X. quater octoq; punctis.

Hic iacet Electus Ottho præſul modò tectus,
Qui meritis magnus fuit & manſuetus ut agnus.
Hic duo caſtra dedit ſedi, quoq; tempore ſedit,
Et ſibi deſtructum Montis genitore relictum.

Brein, *Fuit aliquando alibi dominium in ditione Monaſterienſi ad Lupiæ flumen non procul ab oppido Halueren ſitum, ut quidam aiunt, & tamen nihil certi ex arce & dominio hodie reperitur, quanquam fuerit in*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

rit in magno collegio Heroidum Aſſendienſium Decaniſſa Adelheida ex dominis de Brein oriunda, quæ moritur anno 1288. *Ita hi domini de Brein ſunt cum loco & titulo obliuioni traditi, vt vix inueniatur locus vbi ſedem habuerint: Sic omnia ſunt vana.*

Borchloo, *Dominium hoc tempore Diœceſeos Monaſterienſis in vicinia Geldriæ & Comitatus Sutphanienſis, quod hactenus feudi loco ab Epiſcopis Monaſterienſibus obtinuerunt Comites in Brunckhorſt & Borchloo, Et cùm vltimo hæredi Iodoco Comiti in Brunckhorſt nulli eſſent heredes ex Maria comitiſſa nata de Hoya, peruenit Comitatus in Brunckhorſt ad Hermannũ Georgium dominũ in Stirmb & VViſch, Comitem in Limpurg, &c. qui nuper mortuus eſt, etſi cum illo poſtea Comes de Diepholt propter illum Comitatum litigaret licet duas ſorores coniuges haberent, tamen iam vterq; abijt per viam vniuerſæ carnis. Ab Epiſcopo Bernhardo Raffeldico conuocati beneficarij nobiles Diœceſeos Monaſterienſis, quando quoq; de domino Borchloo diſſentirent Comes Hermannus Georgius de Limpurg & Comes Rodulphus Diepholticus, concluſerunt tandem, vt adiudicarint Epiſcopo & Eccleſiæ Monaſterienſi hoc Dominium: Interim vterq; prædictus Comes retinet ſibi in titulis nomen huius Dominij, & vterq; Comes hactenus cum Monaſterienſibus ratione*

huius

huius Dominij certauit iure in Camera Imperiali, ſed iam deſijt Deipholilicus Comitatus in optimo iuuene Comite Friderico, ut nullus inpoſterum exiſtat eius nominis Comes, adeo ſunt omnia ruinoſa. Anno D. 1385. vixit Gerhardus Dominus in Borchloo, cuius filia vnica nupſit Brunckhorſtiano Comiti : Sic pereunt diuites & nobiles cum pauperibus.

Beuergerne, *Arx & oppidum ditionis Monaſterienſis, cui præfecturæ ſubeſt vrbs Rhena, & eſt ampla præfectura, quam ademit Ottho natus Comes Hoyenſis Epiſcopus Monaſterienſis Nicolao Tecklenburgico Comiti anno D. 1394. & hactenus ita Monaſterienſibus paruit, quàm benè, quàm rectè iudicent Chriſtiani: Quando verò in extremo iudicio ſtabit Comes Nicolaus contra illum bellatorem Epiſcopum Otthonem & accuſabit ipſum violentiæ & rapinarum, quid tunc reſpondebit ille Ottho?*

Bijlſtein, *Dominium Diœceſeos Colonienſis in parte VVeſtphaliæ, dicta Suſlandia, ſitum, cuius dominij vltimus heros & hæres occubuit in bello Suſatenſi, & tunc tranſtulit Theodorus Comes de Mœrſe Epiſcopus Colonienſis ad ſe dominium arcis Bijlſtein & adhuc obtinetur à Colonienſibus, ſicut hoc Chronicon Colonienſe & ciuitatis Lippiæ atq; alia indicant teſtimonia, Et Chronicon Comitum de Marca Leuoldi de Northoff meminit interdum Domini de Bijlſtein:*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Bÿlſtein: Ita & iſti nobiles Domini tranſierunt per viam vniuerſæ carnis, ut neq; ipſi amplius ſint. Etſi Comites de Naſſaw ſe ſcribant dominos de Beilſtein, ſed hoc eſt aliud Dominium.

Brakelen, *Putant hoc nomine ſignificari oppidum Brakel in Diœceſi Padenbornenſi. Nam ego comperi in vetuſtis literis, quòd inter alios veteres Comites ut teſtis citetur anno D. 1220. Ioannes Comes in Brakeln: Si ſit ille Comitatus in ditione Padenbornenſi, & in eo loco ubi nunc eſt Brakel oppidum, tunc pertinuit ad eum arx continua Hinnenberg, & tunc mox illa Comitum linea defecit, & forſan per matrimonium vel conſanguinitatem peruenit ad Comites in Eberſtein, qui Brakel oppidum & arcem Hinnenberg poſſederunt, qui anno D. 1250. & poſtea dimidiam arcem oppignorauerunt nobilibus de Aſſenburg. Sed Cœnobium Herſe ſibi aliquid iuris in vrbem Brakel inq; arcem Hinnenberg aliquando vſurpauit.*

Bethar, *Ampliſſimum dominium Comitum de Neuwenar & Morſe, inuaſit & manu militari ſuperauit Fridericus Dux Saxoniæ, Angriuariæ & VVeſtphaliæ Colonienſis Chori Epiſcopus & Bremenſis præpoſitus Adolpho Comiti in Neuwenar & Morſe, & ſic poſt eius mortem eſt ditioni Colonienſi adiectũ: Interim in illo Heroë & Comite Adolpho qui vix ex-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ceſsit quadrageſimum annum, videre licet, quàm miſera ſit hominum conditio, & quàm breuis vita humana.

Buren, *Dominium in Diœceſi Padenbornenſi quod refert VVernerus Roleuingius inter maiora dominia VVeſtphaliæ, ſed ſubeſt Epiſcopo Padenbornenſi & iam anno D. 1565. viuunt Ioannes Dominus in Buren locum tenens in ditione Padenbornenſi & Meinolphus nepos eius.*

Boick, *Proprium & antiquum dominium in Diœceſi Padenbornenſi, cui ſubſunt 12. pagi, & domini in Buren illud hodie poſsident & quiete obtinent.*

Bodeca, *Cœnobium in Padenbornenſi ditione ordinis Ciſtrienſis, in quo loco olim Meinolfus (quem de fonte ſuſcepit Carolus magnus) habuit Dominium, & factus clericus, ſicut hiſtoriæ teſtantur, amplum patrimonium ille Meinholtus Deo conſecrauit, & Cœnobium ibi inſtituit.*

C.

Cloppenborg, *Ampliſsimam præfecturam cui & oppidulum Cloppenborg & arx & oppida Friezoite, Haſelunden & Lonigen parent, atq; dicti* die Sogelter Frieſen *(quos paulò ante Comes Nicolaus domuerat) cum 14 Parochijs ſi rectè memini, prædictus Ottho Epiſcopus Monaſterienſis quoq; eidem Comiti*

Teklen

Teklenburgico Nicolao ademit, & ſuæ Diœceſi adiecit, anno D. 1396. Sic vbiq; fiunt mutationes. Quàm benè autem hic fictus Epiſcopus fecerit, & quàm Epiſcopaliter alijs violentia, vi & tyrannide, bona, præfecturas, arces, ciuitates & prædia ademit, ſentiet in die illo: Idem deinde cinxit Lingena oppidum & arcem munitam, & ſic Comitem in anguſtias redegit: Munitionem arcis Cloppenborg demolitus eſt Ioannes Comes de Hoya Epiſcopus Monaſterięſis noſtro tępore.

D.

Daſſel, Comitatus & vrbs in ditione quondam vel Diœceſi Hildeſimenſi, ſita ad vnum miliare à ciuitate Eimbeccenſi ad ſyluam vel potius in Sylua den Sollinck ubi adhuc oppidum nomine Daſſel ſitum eſt: Comites de Daſſel dicti ſunt Rugraffen zu Daſſel & habuerunt ſeſsionem vel ſedes iſti Heroës in arce Hunderrucke/ cuius reliquiæ adhuc ibi conſpicuæ ſunt, ſed illo propugnaculo quaſi deſtructo in plano ex iſtius ruderibus ædificauit Dux Ericus ſenior Ducis Erici Brunſwicenſis pater, arcem à ſuo nomine dictam Die Erichsburg/ ſub qua ſunt 16. pagi, poſtquam ille & nepos eius ex fratre Henrico ſeniore, Henricus iunior ad ſe iure belli Diœceſin Hildeſimenſem tranſtuliſſent anno D. 1519. Nunc dicam de iſtis. Anno D. 1119. fuit Gottingæ in Imperij publico Equeſtri certamine Dominus VVilhelmus, Rugraff in Daſſel. Et ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

breuiario Daſſalienſi hoc annotaui, quòd fuerint olim ibi Comites, his verbis: Comites in Daſſel fuerunt Simon, Adolphus, Siffridus, Conradus, Hermannus, Reinoldus, qui ex præpoſito Hildeſimenſi factus eſt Colonienſis præſul, & tranſtulit Magos ex Mediolano Coloniam, atq; ante eum patruus eius Fridericus fuit ibi præſul, & Ioannes, quorum animæ requieſcant in pace: Anno D. 1120. fuere cum Adelheida, nata domina de Pleſſe, fundatores Cœnobij in Fredelſen Ioannes & Hermannus Comites in Daſſel Anno D. 1218 Citantur teſtes in literis Robertus, Helembertus, Hugo & Reinoldus Comites in Daſſel. In Catalogo Abbatum Corbertenſium legitur, quòd ibi fuerit Abbas Hermanus Comes in Daſſel filius Bernhardi Comitis & Annæ Dominæ in Homborch, electus anno D. 1229. Arnoldus Abbas Lubecenſis in continuatione Chronici Sclauorum lib. 3. cap. 1 meminit Comitis in Daſſel Otthonis cuius fratrem Philippum dicit Colonienſem Archiepiſcopum fuiſſe: imò libro 6. cap. 12 & 13. facit mentionem Comitis de Daſſel Adolphi nomine & cap. 17. meminit Ludolphi Comitis in Daſſel. Anno D. 1273. Ludolphus & anno D. 1281. Hermannus Comites in Daſſel vixere. Hunc Comitatum hæredibus carentem ad ſe tranſtulit Epiſcopus Hildeſimenſis numero 33. Henricus Comes in VValdenborch, qui etiam conſenſum ſuper hac re ab

Henrico

Henrico ſeptimo Cæſare impetrauit, anno D. 1310. De eo vide Crantz in Metrop lib 9 cap. 3. Hoppenrodius addit ex Cranzio & Brottauffſtio, quòd ad eum Comitatum pertinuerit, eiq́ue ſubdita fuerit (teſte etiam Cranzio in Saxonia lib. 8. cap. 28) Eimbecca Ciuitas, ſed cùm premeretur à Comite Daſſalienſi illa defecerit ad Albertum Brunſuicenſem Ducem, qui eam in tutelam & patrocinium ſuſcepit & adhuc illi Duces eam retinent. Anno D 700. vixit VValterus Comes de Daſſel habens coniugem Bendellam filiam Radbolis Comitis in Ballenſtedt, teſte Hoppenrodio. Anno D. 1147. vixit Henricus Comes in Daſſel aſsignatus ad compoſitionem cauſæ controuerſæ inter Bremenſem Epiſcopum Alberonem & Henricum Comitem in Badevvide, teſte Cranzio in Saxonia lib. 6. cap. 11. Anno Domini 1181. duxit coniugem filiam Adolphi Comitis in Holſtein, Ottho Comes in Daſſel. Cranzius in Saxon: lib. 6 cap. 44. Eius filius fuit Adolphus bellicoſus, teſte eodem lib 7. Saxon cap. 2. 18. 19 & 21. Anno D. 1259. vixit Ludolphus Comes in Daſſel & is penultimus fuit Comes, Vltimus verò Simon Comes in Daſſel mortuus abſq́ue hæredibus anno D. 1329. Sic tranſierunt iſti Comites & perierunt, ſic tranſit gloria mundi. Cogitent ergò omnes Chriſtiani, vt veram in Chriſto gloriam poſt hanc vitam conſequantur. Poſt Ericos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſeniorem & iuniorem patrem & filium Duces Brunſwicenſes, qui hunc comitatum ab Epiſcopo Hildeſimenſi iure belli ad ſe tranſtulerunt, poſſederunt eundem Dux Iulius & eius filius Henricus Iulius Dux potentiſsimus, qui eum modò obtinet.

Dalem, *Hodie & pagus & parochia, quondam in Diœceſi Hildeſimenſi propè oppidum Bokenem in vicinia arcis VVoldenberg, & eſt in vicinia iſtius pagi Mons in quo fuit arx Dalem & in arce eſt abyſſus: & vltimus heros dictus Teil, Dominus in Dalem dicitur homo impius & profanus fuiſſe, qui ſemper venationi operam dedit, & nulla curauit ſacra, Ideo in feſto natiuitatis Chriſti, cùm venationi operam daret, exoritur abyſſus talis, qua ille cum famulis & canibus abſumptus, (ita blaſphemi & imperij pereũt) immergitur & de illo loco adhuc dicitur, vel locus ille in quo iſte Teidius eſt aſſumtus vel immerſus,* Deilß gruben vnd iſt grundtloß *& ſine dubio viuus in infernum cum Chore & Abyron præcipitatus eſt. Memini me legere in antiquo Chronico, quòd Comites in Pein ſe aliquando ſcripſerint Dominos in Dalem, & alibi inueni, quòd Henricus Leo deſtruxerit arcem Dalem in ignominiam Comitis Ludolphi de Pein.*

Delmenhorſt, *Arx eſt & dominium munitiſſimum, quod ab antiquo Comites ab Aldenburg obtinuerunt,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

erunt, & interdum diuiſio facta eſt inter eos, ita vt unus Comitatum Aldenburgicum alter Delmenhorſtanum obtinuerit. Cùm verò Comes Theodorus ſibi recuperaſſet illum Comitatum, opera Nicolai Archiepiſcopi Bremenſis vnici Otthonis ex Richarda Tecklenburgica hæredis (qui Nicolaus poſtquam videret Bremenſes à ſe alienos, noluit etiam eis iſtum aßignari Comitatum, etſi fortè quædam eis eſſent à ſuo patre ratificata, tamen ſolenniter ea reuocauit, & ita ad Theodorum Comitem in Aldenburg, vt verum hæredem, arcem & eius ius transferri voluit) ideo facto rege Daniæ Chriſtiano filio maiore alij duo fratres diuiſione facta tranſierunt, vt Gerhardus Aldenburgicum & Mauritius Delmenhorſtanum obtineret Dominium, etiam & Epiſcopo & Senatu Bremenſi in ea re conſentiente (vt volente Deo in noſtro Aldenburgenſi Chronico oſtendemus) citra vllius exceptionem vel impedimentum, & interea Mauritius cum coniuge Catharina comitiſſa Hoyenſi (quæ attulit ei quaſi in dotem Harpſtede arcem Aldenburgicis antea oppignoratam) peſte moriebatur, ita Gerhardus Comes in Aldenburg fuit Tutor ſui ex fratre Mauritio nepotis Iacobi & eius ſororum, & in eius vſum obtinebat arcem illam Delmenhorſt, & ex ea damnum mercatoribus vrbium Lubecæ & Hamburgæ inferebat, quia

publicus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

publicus eorum hoſtis erat, propterea quòd fratrem regem Daniæ iuuiſſent in ſe expellendo ex Holſatia & Schleſwica ditionibus, quarum ditionum non minus ſe putabat hæredem eſſe poſt ſui auunculi Adolphi, vltimi Ducis obitum, atq; fratrem Chriſtianum, quòd etiam in Saxonia & Metropoli fatetur Cranzius. Ideo Epiſcopus Monaſterienſis Comes in Schwartzburg & Adminiſtrator Eccleſiæ Bremenſis, Henricus ſe ex proprio motu adiungit iſtis ciuitatibus, atq; ſubſidio inſtructus conſcribit milites, & ex præſidio, imò pecunia prædictarum vrbium cingit arcem Delmenhorſtanam & ad deditionem cùm obſeßis nihil reliqui eſſet obſonij, obſeſſos cogit citra imperij mandatum, & ita Comitatum illũ licet iunioris Comitis Iacobi tutor eſſe diceretur, ille præſul, adiecit Diœceſi Monaſterienſi cui fuit ſubiectus vſq; ad annum centeſimum quinquageſimum quadrageſimum ſeptimum, quo tempore armis & bellico Marte rurſum ad ſe gloriosè & victoriosè recepit arcem & Comitatum Delmenhorſt, nepos iſtius Gerhardi ex filio Ioanne Comite. Anthonius Comes in Aldenburg & Delmenhorſt, autoritate & iuſſu Commiſſariorũ Cæſaris Caroli 5. & eſt hodie propugnaculum Comitum Aldenburgicorum tàm munitum, vt vix ſimile habeat Germania: Etſi verò Monaſterienſes ad multos annos obtinerent Comitatum eum, hoc tamen ſemper Aldenburgenſi-

burgenſibus Comitibus & Dominis impugnantibus & contradicentibus, Interim titulum retinuerunt Comites de Aldenburg ſemper non ſolùm poſt amiſſam arcem Delmenhorſt, ſed etiam titulum Comitatus Delmenhorſtani obtinuerunt illorum maiores, ſicut probari liquidò poteſt, inde ab annis trecentis & ultra ex multis ſigillatis literis vetuſtiſsimis, quas vidi, legi, & eas probè obſeruaui. Interea conſideretur quo iure inuaſerint illam arcem Delmenhorſt Monaſterienſes: Si enim vel ipſis vel prædictis ciuitatibus negotium fuiſſet cum Gerhardo Comite, Cur igitur eum comitem in ſua ditione non ſunt perſecuti? Et interim alterius imò Epiſcopus ſui pupilli (ut dicitur) & ut Bremenſes dicunt ſui vaſalli Comitis Iacobi Comitatum & arcem, quam tantùm tutorio etiam nomine occupabat tunc Comes Gerhardus Iacobi patruus inuadunt violenter? Cùm tamen nihil deliquiſſet nihilq́; commiſiſſet Comes Iacobus? Cranzius in Metropoli lib. 12. cap. 12 & 13. hanc hiſtoriam non refert ſatis bona fide, ſed multa Comiti Gerhardo impingit, quæ vera eſſe non videntur, (Sed is erat Hamburgenſis ergò partialis) ſed ego ex Chronico Holſatiæ & certis documentis hîc & alibi videlicet in Chronico Comitum Aldenburgenſium vera refero & referam: Interim & ipſe Cranzius fatetur Comitem Gerhardum tutorio nomine poſſediſſe illam ar-

cem, nomine ſui nepotis ex fratre D. Iacobi lib. 12. Metrop. Plura videat lector de hoc Comitatu, in Chronico noſtro de Aldenburgenſibus Comitibus. Interim non ſupprimendum, quod magno faſtu ille Henricus Schwartzburgicus eam arcem & Comitatum ad ſe & ad ſuam Diœceſin tranſtulerit, verùm quò ille abijt tranſiens per viam vniuerſæ carnis? Quo abijt eius ſucceſſor Cunradus Ritbergius? quò Ericus Lowenbergicus? quò Fridericus VVeidanus? Hoc patefiet in extremo iudicio.

Dithmaria, *Locus paſcuoſus & pinguis multis parochijs abundans: Ibi erat proprius Comitatus valdè antiquus, cui præfuere Comites ordine Dedo, Etlerus, cuius ſit mentio apud Helnoldum lib. 1 cap. 68. Sed libro 2. cap. 4. ſcribitur de Reinoldo Comite Tithmarſiæ, qui cecidit in pugna: Verùm mox cap. 6. ſcribitur, quòd Henricus Leo Comitia Tithmarſiæ tenuerit: Interim fuerunt etiam ibidem Comites vel potius Marchiones ut Albo & Rudolphus Marchio, quibus ab incolis, ut eſt genus hominum ſuam libertatem & quærens & vindicans, trucidatis Hardwicus pater Rodolphi ius ſuum vniuerſum in ea ditione, quod poſt cladem ſubditorum in Dominũ commiſſam per mortem fraternam ad ipſum redierat, permutatione facta & recepto in eius locũ Stadenſi comitatu, Præſuli Bremenſi tradidit, & tandem Hartwicus Epiſcopus*

piſcopus Bremenſis illos ſubegit, à quo mox ad regem Daniæ defecerūt. Interim Arnoldus Abbas Lubecenſis lib. 6. ca. 13. facit mentionem cuiuſdam Scauonis, quē fecerit Comitē in Dithmarſia Henricus Leo dux, verùm cū ſe ſubieciſſent Regi Daniæ, tandem ab illo quoq; deflectunt, Sed cum Heroes ac Principes Schleſwicenſium & Holſatiæ per Chriſtianum (natum Comitem Aldenburgicum) primùm Regem Daniæ, ex Cæſareo beneficio obtinuiſſent ius hæreditarium in Dithmarios: Hoc interdum & bello & tranſactionibus aliquoties exequi tentarunt, ſed Dithmarij ſemper reſpōderunt ſe eſſe Bremenſi Præſuli ſubiectos, & idem adhuc cum ante annos 23. ſuperarentur à Rege Daniæ Friderico II. atq; Holſatiæ Ducibus Ioanne & Adolpho fratribus in initio prætendebant, ſed fruſtra, ideo ab ipſis ſuperati & in ordinem redacti ſunt. Ita omnia ſunt inſtabilia, & magna longaq; uarietas ac mutatio per multa ſecula fuit in Dithmarſia. Rex Daniæ Ioannes & eius patruus Fridericus, qui poſtea Rex factus eſt quoq; in Dania atq; Comites de Aldenburg & Delmenhorſt D. Adolphus & D. Ottho magnā ſtragem in Dithmaria acceperunt anno D. 1500. Sed anno D. 1559 pœnas Dithmarſi dederunt ut diximus, à Rege Friderico II. rege Daniæ & eius patruis Ioanne & Adolpho: Regi tunc militabant Anthonius & eius filius Ioannes Comites Aldenburgici & Delmenhorſtani.

Deren, *Fuit olim proprium Dominium in terminis*

Diœceſeos Monaſterienſis, & circa viciniam Comitatus de Marcka, propè oppidum Lunen, cuius arx ſita fuit ibidem olim ad flumen Luppiæ, & videntur eius dominij bona maiore ex parte ditioni Monaſterienſi acceßiſſe, quorum aliqua pars propè Stomberg ſita erat. Fuit olim Canonicißa in maiori illuſtrium Heroidum in Aſſendia Collegio, Betza domina in Deren, cuius mater erat Burchgrauia de Stromberg, & ea fuit vltima eius ſtemmatis, & quædam bona tranſtulit ad Collegium Aſſendianum. Interim iſtos dominos ita vetuſta tempora obliuioni tradiderunt, ut nulla horum Dominorum nomina extent vel inueniantur & vix locus vbi ſedem habuerunt, inueniri poteſt: adeò ſunt omnia in hoc mundo incerta.

Deſenberg, *Antiquum Padenbornenſis Diœceſeos dominium, quod ad ſe aliquando tranſtulerunt Epiſcopi, ſed modò illud obtinent nobiles de Spiegel. Subſunt huic dominio 11. pagi & credo hūc Comitatum illum fuiſſe, cuius Bernhardus primus & ſecundus, Comites in Dieſeden, Epiſcopi Padenbornenſes erant hæredes: Ah & proh Deum immortalem adeò iſtorum Dominorum nomina perierunt, vt vix vnius vel alterius nomen ſuperſit, & ne quidem ſciatur locus, vbi eorum habitatio fuerit: Adeò ſunt omnia ruinoſa.*

Dyſſen, *Dominium inter ditionem Oſnaburgenſem &*

ſem & Comitatum Rauensburgicum ſitum eſt. Cùm verò Engelbertus Comes in Tecklenburg Epiſcopus Oſnaburgenſis, pugnaret cum fratre Otthone, ſtetit ab Otthonis Comitis partibus VVigboldus Dominus in Dyſſen, & res ad aciem & pugnam eſt producta & in ea occubuit vltimus heros & hæres dominij in Dyſſen VVigboldus, & eo mortuo anno 1130 Epiſcopus Oſnaburgenſis tranſtulit hoc dominum Dyſſen cum Parochijs, Lahr, Hilter, Glandorp, ad ſuam Diœceſin, ſed ad ſe traxit parochiam Verſmel Comes in Rauensburg: Ertwinus Erthman in Chronico Oſnaburgenſi hæc habet: Videmus igitur quomodo ille vltimus huius dominus dominij VVigboldus ex hac vita per mortem tranſierit ad aliam, ſic & eius quoque dominium tranſijt ad alios dominos, Ita nihil eſt in hoc mundo ſtabile, ſed omnia vergunt ad interitum: Et nihil de iſtius VVigboldi maioribus ſcriptum alibi inuenitur: Sic omnia corruunt. Sed invenio in manuſcripto Chronico Ioannis Schipphower de geſtis Aldenburgenſium Comitum, Dyſſen modò pagum amplum, olim & arcem & oppidum celebre fuiſſe, ſed ab Epiſcopo in villam redactum: Hodie eſt magna parochia ruralis ibi, multos in ſe pagos complectens, quorum aliqui ſubſunt præfecturæ in Rauensberg quàm loco Principis Iudiacenſis regit hodie cordatus nobilis dominus Caſpar de Ledebur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Doerſtadt, *Hodie eſt Cœnobium. Et fuit olim proprium ibi dominium in Hildeſimenſi Diœceſi ſitum ſub præfectura arcis Leuenburg ampliſſima, diſtat ad duo miliaria à Goſtlaria, Et fuit eorum olim titulus* Edelherrn zu Doerſtadt/ *& illorum genealogiam talem inueni in annalibus. Anno* 1086. *in literis Cœnobij Stedersburg adducitur teſtis Arnoldus Dn. in Doerſtadt, & alibi anno* 1110. *teſtis profertur in ducalibus literis VValterus Dn. in Doerſtadt, & in alijs literis anno* 1150. *producitur teſtis Fridericus dominus in Doerſtadt. Et tempore Otthonis Ducis Brunſwicenſis anno* 1232. *tanquam fide iuſſor adducitur nobilis dominus in Doerſtadt Burchardus. Anno* 1273. *fuerunt Fridericus & VValterus Thumheri & Canonici ſummi templi Hildeſimenſis, & tertius frater Bernhardus erat gubernator patriæ & eius cõiunx erat Alheida Comitiſſa in Homburg. Anno* 1281. *ſuſcepit gubernationem patrij dominij iunior Burchardus, cuius frater VValterus erat maioris Eccleſiæ Hildeſimenſis Canonicus. Anno* 1327. *ſequitur tertius Bernhardus nobilis dominus in Doerſtadt, Ex hoc Bernhardo & ex N. Comitiſſa VValdenburgica prognati ſunt Fridericus Canonicus Hildeſimenſis, & VValterus, qui ex VVarburgica domina Arnoldum genuit & Elizabetham, qui vixere anno D.* 1450. *Et vterq; vixit cœlebs opinione pietatis quaſi ea ratione*

tione ſibi aliquid mercedis inde conſequerentur, Elizabetha erat Decaniſſa in Gandersheim Collegij illuſtris, & vixit ibi anno 1462. & 1470. ut in multis ſigillatis literis vidi. Arnoldus in ſenio ex ſua arce & dominio fundauit Collegium vel Monaſterium virginum veſtalium & in eo anno 1464 mortuus ſepelitur, ſexto Calend. Aprilis, vbi adhuc extat eius ſepulchrum: Sic tranſeunt antiqua ſtemmata, ſic tranſeunt vetera monumenta, ſic pereunt homines tàm magni quàm parui tàm nobiles quàm plebei. Nunc Cœnobiũ hoc ſubeſt imperio ducis Brunſwicẽnſis Iulij & eius filij Dn. Henrici Iulij florentiſsimi Ducis.

Duerode, Eſt parochia & pagus amplus ſub arce & præfectura VVeſterhoue in Diœceſi Hildeſimenſi cuius poſſeſſores ſunt nobiles de Oldershauſen, qui quoque aliquid iuris habent in arce & præfectura VVeſterhoue, & ſunt hæreditarij Mareſcalli vtriuſq; ducatus Brunſwicenſis, & dicitur ille locus, comitatus & dominium ut feudum, in literis beneficiarijs quas habent à nobili domino in Pleſſe, & ſemper ita nominatur in literis eorum beneficiarijs. Pertinuit ad eum comitatum pagus Echt, qnem quoq; illi nobiles poſsident, Sic habent literæ nobilium dominorum de Pleſsia, vt dominorum feudi Vnd wie haben vnſer graffſchafft Duerode belichnet vnd belichnen jnen. Etiam ſubeſt locus ille Duci Brunſwicenſi Iulio & eius filio Henrico Iulio Principi lectiſsimo:

Din-

Dincklage, *Modò pagus & ampla parochia in Comitatu Vechtenſi olim arx erat fortis. Alij cenſent nobiles de Dincklage arcem illam ut hæreditariam poſſediſſe: alij putant ibi certum aliquod eius nominis Dominium fuiſſe: Verùm quicquid horum ſit de quo non pugnamus, certum tamen eſt quòd hanc arcem deſtruxerit Epiſcopus Monaſterienſis Florentius de VVeuelinckhoue cum Melchiore Duce Brunſwicenſi, Epiſcopo Oſnaburgenſi & Otthone Comite in Tecklenborch, vt Ertwinus Erthman conſul Oſnaburgenſis, in ſuo Chronico Oſnaburgenſi annotat.*

E.

Engern, *Chronicon Colonienſe refert in Ducatu Engern eſſe metropolin vrbem Suſatenſem, ſed Franciſcus Irenicus ſcribit Oſnaburgum, urbem quam cenſet olim à Bructeris ædificatam eſſe ſitam in Angriuaria. Quod videtur veriſimile, Ideo duplex eſt Engariæ ducatus. Vt verò Mindæ habuit arcem VVedekindus, & adhuc è regione arcis,* des Hauſes zum Berge / *in ditione Mindenſi extat arx VVendekindi dicta* die Wedekesburg / *ita quoq; Oſnaburgi gubernator fuit VVedekindus, & extant adhuc non procul ab vrbe reliquiæ admodum exiguæ, vbi arcem habuit VVedekindus propè Cœnobium Rulle in monte,* da noch der Name iſt / die Wedekindesburg / *imò potius loci iſtius nomen, ut dixi, facit hoc nobis veriſi-*

verisimile, nam dicitur die Wedekindesburg / Sic quoq; eſt in templo pagi Belm (quod volunt Bethlehem dici) baptizatus cum vxore Gena, quæ eſt etiam ibi ſepulta : Et extat adhuc ibi baptiſterium VVedekindo egregium à VVedekindo ibi extructum: Primaria autem arx VVedekindi fuit Enger, vnum miliare ab Heruordia & quatuor milliaria ab Oſnabruga diſtans. Hodie ibi eſt ampla parochia cum aliquot pagis ſolummodo dicta Enger. Cùm Henricus Leo (qui meritò eſt omnibus potentiſsimis Regibus, Electoribus magnificentiſsimus & Principibus excellentiſsimis exemplar ne in ſua confidant potentia, neq; ferociant vel ſe extollant) pelleretur à poſſeſsione & titulo VVeſtphaliæ & Engariæ, peruenit in poſſeſsionem iſtius arcis & vrbis & dominij Comes Lippiæ, qui ſtetit à partibus Henrici Leonis, ea de cauſa quod Lippienſi domino ademerat multa bona pagos, item arcem die Hauckſtadt/Eruete, & alia circa vrbem Lippiam dominia, Colonienſis Epiſcopus, & deinde Monaſterienſis arcem Saſſenborgk, quam olim à Lothario rege conſecuti fuerant Lippienſes domini, ideò recepit in recompenſationem Comes Lippiæ Enger dominiũ ab Henrico Leone Duce : nam erat arx munita & ad eum pertinuit caſtrum Buſtede, quod ante centenos aliquot annos nobilibus die Nagels dictis Comites de Lippia oppignorauerant ; Cùm verò Si-

 mon

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

mon Comes de Lippia multum damni daret Oſnaburgenſi ditioni propterea quòd diceret oppidulum Melle, & pagum Reimeſlage pertinere ad dominium in Engeren, eſt tandem interceptus ab Epiſcopo Oſnaburgenſi Ludouico Comite in Rauensberg & ad quinquennium detentus Oſnaburgi in vinculis quibus nomen dederunt der Buck, & demum datis obſidibus eſt ita liberatus, ut deſtrueret caſtrum Engern, & deinde pagum Engern & reliqua ad illum pertinentia bona oppignoraret Brunoni Comiti in Rauensberg, Epiſcopi fratri. Ita hactenus Enger eſt parochia cum multis pagis Rauensburgico Comitatui oppignorata eſt, quod dominium modò repetit Simon Comes Lippienſis. Cùm verò turbatus eſſet à ſuis regionibus per Fridericum I. Cæſarem Heinricus Leo, eſt titulo VVeſtphaliæ & Angriuariæ vel Engern inueſtitus Colonienſis Præſul in Gilhauſen: Nam ſupra Suſatum in Surlandia montoſa ſita eſt arx Eresburgum quaſi Engersburch, & hanc poſſediſſe VVedekindum & eius poſteros conſtat, & illam arcem atq; oppidum mobò dictum Merſeburg adhuc obtinet Colonienſis Epiſcopus, ideò veriſimile eſt & ſuperiorem & inferiorem Angriuariæ vel in Engern ducatum fuiſſe, & ſuperioris Angriuariæ ducatum cum multis oppidis & arcibus certiſſimè obtinet Colonienſis Præſul & extenditur per Surlandiam vſq; ad Comitatum in

Naſſaw-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Naſſaw ab vna parte, & ab altera vſq; ad Heſſiam, & Comitatum VValdeck, & circa amplum Comitatum de Marca & Diœceſin Padenbornenſem & ſuperiorem Comitatum Lippiæ: Circa flumen Lupiam multa & plurima ad Ducatū Engariæ & Vueſtphaliæ pertinentia poſſidet Colonienſis Elector. Sed vi traxit illum Ducatum ad ſe Colonienſis Elector, qui in tranſactione adiudicatus erat Principi Bernhardo. ex quo originem ducunt Principes & Duces inferioris Saxoniæ qui dicuntur de Lewenberg, & propterea iſti adhuc retinent titulum VVeſtphaliæ & Angriuariæ: Gobelinus perſona expreſſè ſic ſcribit in ſuo Coſmodromio: Anno D. 1180. in conuentu Principum apud Gilhauſen celebrato per ſententiā Principū Duci Saxoniæ Henrico Leoni ducatus ſuus abiudicatur, & partes iſtius ducatus quæ erant in Colonienſi & Padenbornenſi Diœceſib. ultra Viſurgim (verſus Rhenum) dantur Philippo Colonienſi Archiepiſcopo & Bernhardo Comiti de Anhlod filio Marchionis Alberti. Hic eſt ille Bernhardus vnde, vt dixi, originem trahunt Duces Saxoniæ inferioris: Interim cum ſemel totum Ducatum inuaſerat Colonienſis eum planè obtinuit, & excluſit Principes Saxonicos ut legitimos hæredes: Verùm hodie ut Principes inferioris Saxoniæ: ita & Epiſcopi Colonienſes titulū ducatus Vueſtphaliæ & Augriuariæ retinēt. Eſt adhuc aliud dominium vel Comitatus Engeren, qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

titulus planè euanuit: Nam vltimus Comes regni Angariæ de Oiſten (iſto titulo) Bernhardus & eius vxor Chriſtina ſimul baptiſati ſunt & in loco & oppido Hamelen ibi ex ſuis bonis fundauerunt Collegium, quod ibi adhuc eſt in oppido Hamelen, vbi eſt etiam ille Bernhardus in Collegio ſepultus, ſicut & VVedekindus in Enger, vbi etiam ille Collegium fundauit, quod eſt nunc tranſlatum in nouum oppidum Heruordienſe: Et hîc conſideranda mirabilis mutatio in hoc Ducatu eſt, Eſt quoq; mirandum quod qui ſunt & volunt dici Epiſcopi & eſſe ſucceſſores Apoſtolorum, quibus eſt dictum, vos autem non ſic, tamen ambiant Ducatus & amplos principatus, ſicut omnes Epiſcopi in inferiori Saxonia & VVeſtphalia, vno Oſnaburgenſi excepto prædam ex regionibus Henrici Leonis ſuſtulerunt.

Eukeſueldiam, *Dimidiam partem Ducatus Brunſwicenſis, qui dicitur de Grubenhagen ad ſe Præſules Moguntini ſuſtulere. Cranzius putat quod eam emerint ab Otthone Duce Brunſwicenſi, cum fieret is Rex Neapolitanus: Sed moderni Duces exiſtimant oppignoratam eſſe & ſperant reſtitutionem iſtius territorij ipſis futuram eſſe aliquando per viam Iuris. Ideò & hîc eſt conſideranda mutatio varia, vt nihil eſt diuturnum.*

Eglen, *Comitatus olim & iam in Diœceſi Magdebur-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

deburgica ſitus. Vixit aliquis Comes Eglenus anno D. 1405. & eo tempore cum hoſte Epiſcopi Bernhardo Anhaldino fecit, vt recitat Hoppenrodius ex Chronico Magdeburgenſi, & huius meminit Cranzius in Metropoli lib. 11. cap. 7. Anno D. 1411. cum nobiles de Swichelde tunc temporis poſſeſſoris arcis Hartzburg hoſteſq; ditionis Magdeburgicæ eſſent & pecora ex ea abigerent, ſe eis oppoſuerunt Cunradus Comes in Eugeln, & Ottho dominus in VVarpurg. Hoppenrodius ex Chronico Saxoniæ, & Cranzius in Metropoli lib. 11. cap. 12. hæc recitat, & hic Cunradus fuit vltimus eius ditionis Comes. Idem Hoppenrodius ex Chronico Magdeburgico hoc quoq; refert: Ideò & hîc quàm breuis quàm fragilis, quàm mutabilis ſit vita humana & quomodo ruunt potentes cum minoribus eſt conſiderandum.

F.

Falckenſtein, *Arx & Comitatus in Harcinia, Anno D. 1220. & 1223. vixit Hogerus Comes in Falckenſtein, Hoppenrod. ex Chronico Magdeburgico. Et huius meminit Cranzius in Metropoli lib. 7. cap. 39. Anno D. 1271. vixit Fridericus Comes in Falckenſtein, & anno 1289. Lucgarda de Arnſtein Comitiſſa in Falckenſtein, & anno 1298. & 1305. & 1322 vixit Ottho Comes in Falckenſtein, & eius frater Volradus & tertius frater Cunradus Canonicus*

in Magdeburg, & Volradi ac Otthonis fratrum filij fuere Otthones duo, & Burchardus atq; Fridericus Canonici in Magdeburg & Halberſtadt quoq; fratrum duorum filij. Et Burchardi Comitis in Falckenſtein fit mentio anno D. 1330. Sed anno D. 1405. poſſedit illum Comitatum Epiſcopus Halberſtadenſis Rodolphus ab Anholdt, quomodo iam ab illo Epiſcopatu peruenerit ad nobiles ab Aſſenburg, qui iam illam arcem poßident, ignoratur. Interim & hoc certum eſt, quod & exemplar humanæ & breuitatis vitæ noſtræ, atq; variæ mutationis in caſibus humanis, interitus illorum quoque Comitum præbeat nobis.

Frideburg, Caſtrum & pagus amplus. Anno 1216. vixit Hagenus Comes in Fridenburg. Hoppenrodius ex Chronico Magdeburgico. Huius filius fuit Vlricus, ex Vlrico Hoierus uterq; Vlricus, Sophia & Kunegundis ortiſunt, ex iuniore Vlrico Siffridus natus eſt, & ex eo Ottho, Botho & VVernerus. Tandem peruenit ille Comitatus ad Magdeburgenſem Diœceſin & Epiſcopus ibidem Albertus vendidit eum anno 1368. Hoppenrod. ex Chronico Magdeburg. & poſtea redijt ille Comitatus ad eam circa annum D 1442. ſed ſtatim vendidit Comitibus de Mansfeldt Epiſcopus Guntherus hunc Comitatum Hoppenrod: Ideo & in hoc Comitatu varia conſidera-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

deratur mutatio: Extat adhuc eius nominis in Comitatu Mansfeldico, quam dicun: iſtorum Comitum ſedem fuiſſe: Eſt in Comitatu Orientalis Phryſiæ quoq; arx Fredeburg, quæ quoq; ſuſtinuit varias mutationes antequàm Ezardus primus Comes Orientalis Phryſiæ hanc ad ſe transferret: Interim iſti Comites Fredeburgici eſſe deſierunt, vt nihil eſt in mundo firmum.

G.

Gebenkenſtein, *Caſtrum antiquum ad flumen, Salam adhuc ſitum, propè vrbem Hallam. Comites in Mersburg ſcripſerunt ſe dominos in Stein, quod poſtea dictum eſt Gebekenſtein, qua* gebe ich den ſtein/ *Quia mortuo Eyſyco vltimo Comite in Mersburg, & domino in Stein, fundauit Henricus II. dictus cognomine ſanctus ex Mersburgica ditione Epiſcopatum & dominium Stein contulit anno D. 1004. Epiſcopo Magdeburgico Dagano, qui eius fuerat Sacellanus & Cancellarius, & hodie adhuc Epiſcopus ille poßidet dominiũ hoc & pertinet ad illud Halla vrbs & alia oppida & parochiæ & pagi multi: Sic & iſti Comites licet potentes in ſpongiam abierunt, vt omnia in his terris ſunt vana & ipſa vanitas.*

Gatersleue, *Dominium in Diœceſi Halberſtadenſi. Vidi literas vel diplomata Cœnobij Stedersburg, vbi legitur circa annum 1124. vixiſſe nobilis domi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

dominus in Gaterſleuen Ericus. Hodie eſt præfectura adhuc Gaterſleuen in Halberſtadenſi Diœceſi, quomodo ad eum peruenerit hoc dominium, ignoro: Interim dum non amplius extiterint Domini eius nominis, ſiue mortui ſint, ſiue eiecti, tamen nobis indicant quæ ſit fortuna humana. Green magnam præfecturam dominij in Homburg tranſtulerant ad ſe Epiſcopi Hildeſimenſes teſte Bruchio, ſed cum ſemel illam Diœceſin iure belli inuaderent Duces Brunſwicenſes Ericus ſenior & Henricus Iunior, in diuiſione acceſſit Principibus patri Henrico & filio Iulio, atq; nepoti Henrico Iulio hæc pars: Ita & hîc eſt in præfectura magna mutatio conſideranda.

H.

Hogenboken, *Eſt parua modò præfectura, cuius caſtrum in monte inter arcem & oppidum* Lewenſtein *& vrbem Alueldt eſt ſitum in veteri Diœceſi Hildeſimenſi, & fuit olim proprium dominium, ad quod pertinuit caſtrum vel paruum dominium Helem propè Viſurgim (quod hactenus in feudum habuit nobilis & præſtantiſſimus Heros Fridericus à Schulenburg nuper in Chriſto mortuus, qui multa millia aureorum in vſum ſtudentium, pauperum & Eccleſiarum contulit) Et Hogenboken fuit proprium dominium. Anno D.* 1240. *vixit Cunradus nobilis dominus de Hohenbocken, vel de alto fago, & anno D.* 1252.

D.1252. vixit Hoierus nobilis dominus de alto ſago. Et fuere duo eius fratres, domini ibidem Canonici in Hildensheim. Anno 1273 Vlricus nobilis dominus de alto ſago, & Hoierus frater eius fuit Scholaſticus Hildeſimenſis, & iſtorum fratrum ſoror Orda fuit vltimi Comitis in Poppenborg coniunx: Anno D. 1300. vixit Vlrici filius Hoierus, & eius frater Vlricus: vt igitur tranſit gloria mundi, & omnis caro humana eſt fœnum, ſic etiam tranſierunt & hi nobiles domini, cum nobilitate ſua & non amplius inuenti ſunt. Et licet iam ſita ſit illa arx in præfectura ampla Greeim, tamen amplum fuiße dominium conſtat: Habuit illam arcem aliquando oppignoratam Burchardus à Steinberg nobilis vir & locum primò tenens Ducis Iulij, qui poſtea fuit quoq; locum tenens aut vicarius Comitis Aldenburgenſis Ioannis in ditione Iheuerana.

Hagen, *Præfectura in Diœceſi Bremenſi, dicunt olim illam Comitatus Hoye arcem fuiſſe, ſed nihil hîc certi habeo.*

Heruerde, *Eſt illuſtre generoßißimarum virginum Collegium, & ciuitas pulchrè egregieq; ornata, ad duo miliaria ab vrbe Lemgouia, in vicinia Comitatus Lippiæ & ſub Rauensburgico Comitatu ſita ea eſt: Eſtq; modò Rauensburgici Comitatus vrbs Heruordia, vendita illuſtriß. VVilhelmo Duci Iuliæ.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Ante annos triginta quatuor ab Abbatiſſa Heruordienſi Anna nata Comitiſſa de Limpurg ſuper Collegium illuſtre olim iuriſdictionem Eccleſiaſticam Epiſcopus Padenbornenſis habuit. Refert etiam ex mea relatione, quam deſcripſi ex Chronico Mindenſi manuſcripto, Hoppenrodius, quod VValderus Comes in Heruorde de conſenſu Ducis VVeſtphaliæ D. VVedekindi condiderit ex ſuo Comitatu illuſtre Collegium. Ciuitas hodie paret, ut dixi, VVilhelmo Duci Iuliacenſi & Bergenſi, &c. Ita & hîc eſt quoq; mutatio obſeruanda, ut in rebus humanis nihil eſt firmum.

Haholti, *Principis Vandalici (vt vetera inſignia indicant quæ in turribus Lemgouiæ conſpiciuntur) Comitatus fuit ſine dubio vetuſtiſsimus, ſub quo ſubfuere & ſubſunt Lemgaw, Lage, Dithmolde, Sulbeke, & mortuo Haholto eum ab Henrico* II. *Cæſare impetrauit Meinwercus præſul Padenbornenſis, ſed poſtea nobiles domini in Lippia conſecuti ſunt in poſſeſsionem eum Comitatum opera Lotharij Cæſaris ſicut eum adhuc obtinent: Et cum redactus eſſet ille Lippienſis Comitatus in eas anguſtias vno Comite modo gubernatore patriæ D. Simone ſuperſtite, vt perire videretur, tamen Dominus Deus in cælo exaudiuit preces ſubditorum, & eidem Simoni Comiti verè generoſo, inclyto, & præſtantiſſimo domino ex ſua Côcharali domina Elizabetha nata Comitiſsa de Schovvenburg, largitus eſt tres filios hodie ut Bernhardum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

hardum, Simonem & Otthonem, ſed optimus Comes & dominus ſe largum & gratum viciſsim Deo præbuit & multam & copioſam pecuniam contulit in vſum Eccleſiarum, & earum miniſtrorum, Scholarum & pauperum. Verùm & in hoc Comitatu eſt tamen obſeruanda quædam varietas, ut annotauimus.

Hadmersleben, *Dominium in Diœceſi Halberſtadenſium. Anno 1242. vixit Ludolphus Comes in Hadmerſleben, teſte Hoppenrodio. Anno 1265. vixit Fridericus dominus in Hadmerſlebē. Anno 1367. vixit Ioannes dominus in Hadmerſleben. Anno 1416. moritur vltimus Comes Cunradus & ſic peruenit ad Diœceſin Halberſtadenſem teſte eodem. Ideo & illi Comites deſierunt, qua ratione ignoramus, attamē non amplius exiſtunt, ut ita breuitas & inſtabilitas humanæ vitæ & mutatio in hoc mundo conſideretur.*

Haaldsleue, *Caſtrum & dominium in Diœceſi Magdeburgica, cuius fuit ibi olim Comes, ſic hinc dictus, cuius meminit Cranzius libro 6. Saxon. cap. 7. Heinricus Leo poſſedit illam arcem & dominium. Et ei hanc ademit VVichmannus Epiſcopus Magdeburgicus: Hoppenrodio teſte: Ideo & ibi videmus mutationem & quàm ſint in hoc mundo tranſitoria, adeo ut nihil de iſtis ſciatur Dominis.*

Haddelaria, *Terra paſcuoſa & fructuoſa in terminis Diœceſis Bremenſis ſita, quam aliquando*

Ducibus Saxoniæ in Lowenburg ademerat præſul Bremenſis ope ciuium Hamburgenſium & Bremenſium: Sed eam recuperauit anno 1499 animoſe Magnus Dux Saxoniæ, Angriuariæ & VVeſtphaliæ, huius Ducis Franciſci iunioris poſſeſſoris Hadellariæ auus, quam Dux Franciſcus ſenior reliquit filio Duci Heinrico Archiepiſcopo Bremenſi, & poſtea eo mortuo iuniori Franciſco Duci Saxoniæ, Angriuariæ & VVeſtphaliæ.

Holte, *Dominium olim in ditione Oſnaburgenſi ad vnum miliare ab vrbe Oſnabrugga ſitum, cuius dominij & eius arcis veſtigia ante annos 56. vidi in monte propè pagum & parochiam Holte, & ad hoc dominium pertinuit Holte, parochia & vicinæ parochiæ ut Borcholdt, VVellinckholte & plures parochiæ vicinæ. Dominus in Holte habuit propriam in Neapoli Oſnaburgenſi portam, dictam* Holtzpforten/ *cum tota platea, & in platea* die Holtzſtraſſen / *habuit Dominus iſte curiam, cuius poſſeſſores legitimi iam ſunt mei propinqui, ex legitima emtione facta anno 1538. Licet ſit ante annos 50. iam muro obducta porta, tamen memini ego ibi apertum tranſitum fuiſſe per eam. Philippus Comes de Katzenellenbogen Epiſcopus Oſnaburgenſis anno 1144. propter rapinas arcem illam cinxit cum Comite Rauensburgico & ad ſeptennium obſidionem caſtri continuauit, &*

ſic ſunt

ſic ſunt eiecti tandem ex ditione illa domini ab Holte, & tunc adiecit arcem & dominium Epiſcopus ſuæ Diœceſi cum pertinentijs , ſed ita conſequitur etiam Comes Rauensburgicus, Der Freyenſtuel als die Erbfreygraffſchafft in Stifft Oſſenbruge vnd den nachtbarten lendern/vnd vber die freyen Schöpfen des Rechtes. *Et omnes villæ quotquot adhuc habet Comitatus Rauensburgicus in ditione Oſnaburgenſi pertinuere ad dominium Holte,* als die freyẽ zu Lincken vnd andere. *Cranzius hos Barones nominat lib. 6. Metrop cap. 24. Illi poſtea cum eiecti eſſent ex Diœceſi Oſnaburgenſi profecti ad Rhenum emerunt ibi locum & ditiunculam, cuius præfectura adhuc ibi eſt propè vrbem* Dinckeslake *& quoq; non procul ab vrbe Eſſen vel Aßindia ſita, quam quoq; vocarunt Holte. Et tunc adhuc diu durauit illa familia, quoniam poſtea ex ea familia ortus eſt VVigboldus, dominus in Holte Archiepiſcopus Colonienſis: Verùm quod alij putant Epiſcopum Monaſterienſem Ludolphum ab Holte, & quoq; VVilhelmum ab Holte (vide Cranzium lib. 8. Metrop. cap. 14. & 45.) ibidem Epiſcopum, ex hac dominorum familia eſſe, non videtur ſimile, quoniam illi putantur prognati ex militarium & ſimpliciter nobilium de Holte proſapia: Ego enim noui quoſdam ex militaribus de Holte: Interim reperi copiam alicuius monumenti*

deſcriptam ante annos 86. à Ioanne Sciophonero ſcriptore Chronici Aldenburgici, (quam ordine ſubijcio) In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ludolphus Dei gratia Monaſterienſis Epiſcopus, VVilhelmus Oſnaburgenſis Præpoſitus, Adolphus & VVichbordus fratres de Holte, omnibus ſalutem in perpetuum, notum facimus quòd ex communi conſenſu, vnanimi voto & concordi largitione contulimus Deo & beatæ Mariæ virgini ad laudē ius patronatus Eccleſiæ in VVeſterſtede virginibus Ciſtrienſis ordinis in Baſſenbruggem famulantib. in perpetuum, & exinde præſentem paginam fecimus noſtris ſigillis communiri, acta ſunt hæc anno D. & anno gratiæ 1234 coram teſtibus ſubnotatis Remboldo maiori Præpoſito & Vlrico S. Martini Decano Monaſterienſibus Cunrado de Hartorpe Henrico de Meppen, Ioanne de Monaſterio, Canonicis Oſnaburgenſibus VVilhelmo Rucem Hermanno de Hasdorpe, Luberto de Northorpe, Herbordo de Spredowe. Hermanno VVilken, Matthiæ de Lage militibus, Arnoldo de VVeſceloro de ordine prædicatorum ac alijs multis. Ideo credo ipſos militares fuiße: Sed quicquid iſtarum ſit, tamen ex tota hac hiſtoria apparet, quàm ſint omnia ruinoſa & mutabilia in hoc mundo, & quomodo etiam potentes ruant.

Holte, *In vicinia Rheni vetus illud dominium*

eſt

eſt modò præfectura & arx & ciuitas propè Rhenum Ducatus Cliuenſis, & huius dominij vltima cohæres videtur fuiſſe Beatrix domina de Holte, Abbatiſſa in Aſſendia, quæ vixit anno 1412. & quædam bona Collegio Aßindiano contulit: Deinde exiſtimant nonnulli eius ſororem nupſiſſe Comiti in Dinckſtklagen, & vtramq; coniugem abſq; hæredibus Maſculis relicta vna filia mortuos fuiſſe, quod ita in vtrumque Dominium peruenerit ad Cliuenſem Ducatum per pacta dotalia, vt aiunt: Vide lector & hîc varietatem & mutationem, vt omnia ſunt tranſitoria.

Heiſſen, *Dominium in Diœceſi Monaſterienſi propè vrbem Hammonem, cuius poſſeſſor Ioannes à Recke dominus in Heiſſen mihi aliquando viſus & notus ante annos 36. fuit.*

Horſtmar, *Proprius Comitatus in VVeſtphalia in Diœceſi Monaſterienſi, & arx & oppidum Horſtmar adhuc in vigore eſt & floret: Situm à Monaſterienſi vrbe ad tria milliaria. Vltimus Comes Bernhardus, vt apparuit olim ante annos centum in templo ciuitatis Horſtmariæ fuit annotatus, ſicut ſcribit VVernerus Roleuingius in laudibus antiquæ Saxoniæ, h. e. VVeſtphaliæ, vbi vltimum eius loci Comitem ſic vocat & adiungit, hunc fuiſſe virum inſigni probitate ſpectabilem cuius*

tanta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tanta fuerit virtus, vt ab omnibus hominibus quaſi delitiæ habitus ſit, & apud Arnoldum Abbatem Lubecenſem in ſupplemento Chronici Schlauorum lib. 5. cap. 3. meminit nobilis viri domini Bernhardi de Horſtemer. Exiſtimarunt multi ſenes vrbes, Coisfeldiam, Borcken, Metelen & Bilderbeken ciuitates ſubiectas fuiſſe Comiti Horſtmario, quod nos in medio relinquimus. Per ſe Horſtmar iam in ditione Monaſterienſi præfectura eſt ſatis ampla, & ad eum quoq; Comitatum pertinuere arx & præfectura Ruſchaw, quæ dicitur vulgo Comitibus Stenvordienſibus oppignorata, Für etzliche weuelinck Höuerpfennige / etzlichen weiſſen Balcken / vnnd etzlichen blawen winden. *Sed hæc ſunt incerta: Quicquid iſtorum ſit, interim apparet hinc, quàm ſint omnia vana & ipſa vanitas.*

Hoeſted *vel* Honſteid, *Credo hunc Comitatum eſſe vel fuiſſe ſitum ab hac parte Rheni propè ciuitatem Duesbergã. Nam Comites de Hoenſteide & de VVickrode (qui Comitatus olim fuit in terra Iuliacenſi vbi adhuc eſt arx eius nominis) erant fundatores Cœnobij nobilium Monachorum in Hammern propè Duesbergam: Philippo Comite in Hinsberge (qui Comitatus fuit quoq; ſitus in Iuliacenſi Ducatu) Colonienſi præſule anno 1180. in Gilhauſen, erat ei in itinere ſocius Theodorus Comes in Hoeſted, Vltimi*

erant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

erant huius Comitatus Comites & Domini, Lothari-us & eius ex Mechtilde coniuge filius Cunradus Epi-ſcopus Colonienſis, qui totam ditionem cum præfectu-ris Aldena, Nurburg, VValdenburg, & VVede con-tulit Eccleſiæ Colonienſi. Anno D. 1256. Ideò & hinc conſtat quàm ſint in mundo cuncta vana & ipſa vanitas.

Homborg, *Dominium proprium extitit ab hac parte vrbis Eimbeccæ, cuius ſupremæ arcis reliquiæ ſplendidæ videntur in alto monte non procul à Cœno-bio Amelunxborn, & ad eam præfecturam (quæ modò dicitur VVickenſen) pertinent ferè 30. pagi: Quod dicit Caſpar Bruſchius Epiſcopum Hildeſimen-ſem 24. Adelockum ſuæ Diœceſi adiunxiſſe, anno D. 1174. & poſtea eam alijs dominis in feudum collo-caſſe, non eſt veriſimile. Sed de eo alibi plura dixi: Eſt dominium ſitum in terra Brunſwicenſi.*

Horde, *Proprium dominium in ditione Paden-bornenſi, cuius poſſeſſores ſunt nobiles de Horde, an ſit feudum Epiſcopi, ignoro.*

I.

Iborch, *Caſtrum Diœceſeos Oſnaburgenſis ad 2. miliaria parua ſitum ad vrbe Oſnaburga. VVede-kindi Saxonum, VVeſtphaliæ & Angriuariæ Ducis pater VVernechinus ſe Ducem ſcripſit Angriuario-rum & Iburgi, quod alij Siborch putant eſſe videlicet*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

illud Monaſterium & ciuitatem ita dictam quæ eſt ad Rhenum ſupra vrbem Coloniam ſita. Alij de Driburg vel de Dringenborg intelligunt, quod non ſit veriſimile, quia eam arcem dicitur fundaſſe Bernhardus Comes de Lippia Epiſcopus Padenbornenſis: Ego credo illud Iburgum fuiſſe & adhuc eſſe quod ſitum eſt in Diœceſi Oſnaburgenſi, & huius rei multas cauſas dare poſſem, deinde teſtem habeo Erthwinum Ertman in Chronico Oſnaburgenſi: Interim & hic eſt etiam aliqua mutatio conſideranda.

Inſula, *Comites de Inſula fuere propè Hildeſiam in Diœceſi Hildeſimenſi: Vidi in annalibus Collegij in Gandesheim & Monaſterij Stedersborch hos Comites ordine nominari. Theodorus Comes de Inſula, vixit anno 1188. ſub Friderico I. qui fuit cum alijs Comitibus aduocatus Collegij illuſtris Gandershemij. Item anno 1220. vocatur in teſtem Cunradus de Inſula Comes. Vidi in Chronico Cœnobij S. Michaelis in vrbe Hildeſia in vicinia vrbis Hildeſij ſitum fuiſſe caſtrum Comitis de Inſula: Verùm perierunt iam iſti Cōmites, & non amplius exiſtunt, vt nihil hic eſt ſtabile.*

K

Katelenborch, *Proprius olim Comitatus ad vnum miliare à ciuitate Northeim, in ditione Eikesfeldiæ, Et anno 1100. vltimus ibi Comes Theodoricus no-*

cus no-

cus nomine ex arce & caſtro conſtituit Cœnobium & in vrbe Eimbecca ipſius pater quoq; Theodoricus dictus Collegium S. Alexandri inſtituit: Videatur Cranzius lib. 5. Metropol. cap 32. Poſtea cùm tota Eikesfeldia locum illum in ſuam poſſeßionem & accepit & habuit (quo iure ignoro) Epiſcopus Moguntinus, ſed moniales in hoc Cœnobio Katelenborch anno 1525. in bello ruſtico deſertæ à præſule Moguntino qui ipſis in extrema neceßitate poſitis nullam opem tulit, ita neceßitate coactæ ſe vltrò ſubiecerunt Ducibus de Brunſwich, qui differentiæ cauſa Duces de Grupenhagen dicuntur & hodie Cœnobium hoc poßidet illuſtriß. Princeps Brunſwicenſis Philippus: Sic quoq; in ſuperiori Germania circa Rhenum aliqua pecuniæ ſumma magna ad ſe traducere Moguntini præſules Comitatum Konigſtein, quem ante non multos annos moriendo pius Comes Ludouicus reliquit, iam dicuntur: Ita omnia vndiq; apparent inſtabilia & mutabilia.

Kappenberg, *Proprium dominium vel Comitatus in VVeſtphalia in ditione Monaſterienſi. Et Comitum eius loci meminit Cranzius in Saxon. lib. 5. cap. 15. vbi fit mentio Otthonis Comitis in Kappenberg. Et in Metrop. lib. 5. cap. 32. Et tandem VVernerus, 21. Epiſcopus Monaſterienſis.*

anno D. 1186. effecit vt ex Caſtro Kappenberg conſtitueretur Collegium vel Monaſterium nobilium virorum Præmonſtratenſis ordinis. Interim circa annum 1215. vixere adhuc Comites de Kappenberg vt meminit in Metropoli Cranz. lib 7. cap. 33. Cœnobij Kappenberg locus eſt contiguus Comitatui ampliſsimo de Marca, ſitus inter oppida iſtius Comitatus eleganti a, Cumen & Lunen, Et dicitur præfectura arx & ciuitas VVerdena, vulgo dicta VVerden Monaſterienſibus modò parens, fuiſſe Comitatui huic ſubiecta, a qua etiamnum hodie non procul abeſt Monaſterium Kappenborg in ditione Monaſterienſi: Kappenbergenſis Comitis filiam aliquando habuit vxorem Comes Aldenburgicus: Sic & hîc conſpicuum ſit quàm ſint omnia mutabilia & incerta in hoc mundo, & multi magni viri ita in hoc mundo pereunt, vt non amplius nomina eorum inueniantur.

L.

Ludinckhuſen, *Oppidum & arx in Diœceſi Monaſterienſi ad 3. miliaria ab vrbe Monaſterio & 3. miliaria ab vrbe Hammone ſita. VVernerus Roleuingius Carthuſianus in laudibus antiquæ Saxoniæ, hoc eſt, VVeſtphaliæ refert inter Comitatus & dominia veteris VVeſtphaliæ ante annos centum, & hunc etiam: Et Leuoldus de Northoff in Chronico Comitum de Marcka meminit Hermanni Domini de Ludinck-*

dinckhuſen. *Exiſtimant nonnulli hoc dominium fuiſſe feudum Abbatis VVerdenſis & pertinuiſſe ad hoc dominium, præfecturam & oppidum Dulmen. Iam Epiſcopo & Capitulo Monaſterienſi paret,* wie das daran gekommen weiß ich nicht / *Quod credo ſic factum eſſe vt aut Domini iſti in ſua familia deſierint eſſe vel defecerint vel ex ſuo dominio eiecti ſint: Verùm & hîc breuitas vitæ humanæ & mutabilitas hominum conſideratur, vt omnes non de his bonis, ſed de æternis obtinendis cogitent.*

Leimbeck, *Proprium dominium trium parochiarum, ſitum in Diœceſi Monaſterienſi inter vrbes Coſfeldiam & Borckenam, Ioannes dominus in Leimbeck reliquit filiam, & ea nupſit nobili cuidam de VVeſterholte, hinc eſt quod adhuc hodie Bernhardus noſtro tempore de VVeſterholte ſe ſcripſerit cum ſuis filijs Matthia & alijs de VVeſterholte, dominum & dominos in Leimbeck: Interim & hic apparet mutatio & docemur, quàm ſint omnia tranſitoria.*

Leſmonia *vel* Leſem, *Fuit Comitatus vel dominium proprium in Diœceſi Bremenſi cuius mentio fit in Metropoli Cranzij lib. 4. cap. 25. 32. & 35. & arx illa quæ dicitur adhuc* Zürbürch / *fuit iſtius Dominij. Hos dominos turbaſſe & eieciſſe ex ſuo Comitatu dicuntur ciues Bremenſes, ut quidam referunt, ita & hic cognoſcitur viciſſitudo.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Limborch, *vel* Nienlimborch, *Comitatus propè vrbem Iſerlonium in Seurlandia de qua longè à nobis diuerſa refert Leuoldus de Northoff in Chronico Marckenſium Comitum: Et Petrus Marſæus Cratopolius in Catalogo Colonienſium Epiſtoporũ qui Comitatum hunc de Limborch dictum fuiſſe etiam de Iſenborch ſcribunt. Interim quæ ego reperi huc referam: Eſt caſtrum & oppidum & complectitur in ſe 8. parochias: Fuere duæ Armegardæ natæ Comitiſſæ de Limpurch Canoniſſæ in illuſtri Aßindiæ Collegio videlicet Amita & neptis, atq; huius poſteriorũ ſoror Margaretha quoq; fuit ibi Canoniſſa, eius frater Eberhardus Comes de Limpurch conſiliarius Ducis Iuliacenſis et Bergenſis Vuilhelmi erat & hic Eberhardus genuit ex Anna domina de Broick VVilhelmum & tres filias, quæ vixere cum fratre VVilhelmo anno D. 1450. Hic VVilhelmus genuit ex domina de Bethbar N. rurſum duos filios Eberhardum & Vuilhelmum & ſe ſcribebat Comitem in Limpurch, dominum in Broick & Bethbar, nam ut pater per pacta dotalia conſecutus erat Broick, ita eadem hic ratione Bethbar conſecutus erat: Iſti duo filij habentes ſedes vel in medio Comitatu ampliſſimo de Marca, vel in iſtius tam ampli Comitatus terminis, militabant tunc Duci Cliuenſi & Comiti de Marca contra Geldros pugnanti, & ita in pugna occubuerunt anno*

1468.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

1468. *Ideo pater ſenex VVilhelmus magno mœrore affectus tandem tribus filiabus diuidit dominia: Duas ſorores duobus fratribus Comitibus de Newenar elocat, & alteri Limpurg Comitatum, alteri dominium Bethbar in dotem tradit, tertiam elocauit Comiti in Falckenſtein & Oberſtein, & ei in dotem attribuit dominium Broick: Ex altero fratrum dominus de Newenar Friderico natus eſt Humpertus pater Adolphi Comitis in Newenar Morſe & Limpurg, & huic Adolpho ademit arcem, ciuitatem & Comitatum Limpurg Erneſtus Dux Bauariæ Elector Colonienſis & adiecit ditioni Colonienſi: Interim Comites Bruckhorſt & Stirmb ſibi titulum vſurpant & in eum aliquid iuris habent. Ita ut varia eſt mutatio in hoc paruo Comitatu viſa, ſic quoq; exemplar fortunæ humanæ, quæ eſt mutabilis, fuit Adolphus Comes, multarum ditionum quondam poſſeſſor, quibus exuebatur & in exilium eijciebatur, in quo poſt varios caſus & pericula tandem ſuccumbit moriens.*

Lingen, *Arcem vrbem & dominium anno 1519. inuaſit, occupauit, & ſibi vſurpauit Ericus Saxoniæ de Lawenborch Epiſcopus Monaſterienſis, & ſuæ ditioni Monaſterienſi adiecerat, eiectoq́; (pro more illorum Epiſcoporum) vero domino & hærede Nicolao Comite Tecklenburgico & domino in Lingen & Rheden, cum vxore Eliſabetha nata Comitiſſa in Morſe.*

in Morſc. Et profectò perpetuò hoc dominium retinuiſſent Monaſterienſes, niſi ſe dominus Nicolaus beneficiarium feciſſet Duci Geldriæ Carolo, qui hoc dominium minaciter extorſit Monaſterienſibus & rurſum prædicto domino Nicolao in feudum tradidit: Cùm verò mortuo Carolo Geldro, ad ſe reciperet Ducatum Geldriæ Carolus V. Cæſar, & Comes Cunradus Tecklenburgicus retineret Lingen, nec à Carolo beneficium dominij in Lingen peteret, nec etiam antea fratri Otthoni expetenti illud Dominium pro veteri maiorum more, ut iuſta diuiſio inter fratres fieret, cõcederet, ſed potius eum vinctum teneret, eſt huic à Carolo V. in bello Schmalkaldico ademtum anno D. 1547. hoc dominium.

Lyndenhuſen, Comitatum adeptus eſt Epiſcopus Padenbornenſis Meinwercus, quem tenuit antea Comes Ludolphus. Vbi ſit ſitus ignoro. Vbi etiam videtur mutatio & varietas, & caſus hominum miſer apparet etiam hîc.

Lockum, Proprius olim fuit Comitatus, cuius, Cranzio teſte, hæredes erant Comites in Aldenburg, & Hallermund, & ex conſenſu Epiſcopi Mindenſis ibi fecerunt ex eo amplum Cœnobium quod in terminus Ducatus Brunſwicenſis, Comitatus Schowenburgici atq; Hoienſis & Diæceſeos Mindenſis adhuc floret, & ſubeſt Mindenſi præſuli in ſpiritualibus Cranz. in Metro-

in Metrop. lib. 6. cap. 42. ſed locus & Cœnobium ſubeſt Duci Brunſwicenſi. Arx Scoltenow in Comitatu Hoienſi huic comitatui ſubfuiſſe dicitur.

Lovvenſtein, *Ampliſſima præfectura, imò oppidum & arx in monte: Vbi olim in vicinia Comes Speigelbergicus in plano arcem habuit Speigelborch ad duo miliaria ab oppido Hamelen diſtantem (quæ inquam ſubfuit olim domino in Homburg, licet Spangenbergius in Chronico Mansfeldico putet Lowenſtein proprium Comitatum fuiſſe) Hanc inuaſerant vel oppignoratam accepere Hildeſimenſes Epiſcopi, quo iure ignoro, & diu poſſederunt, donec eam iure belli ad ſe transferrent Duces Brunſwicenſes Ericus ſenior & Henricus iunior, huius Ducis Henrici Iulij auus: Olim nobiles eximij de Salderen, ut pater Heinricus ſenior, deinde filius Burchardus vir ſtrenuus & iam nepos vir doctus filius Heinricus à Salder generoſi viri ex antiqua nobilium Saldrenſium familia orti poſſederunt illam ſibi oppignoratam vltra centum annos, & ſubſunt ei 25 pagi, ſed eam ad ſe recepit Dux Iulius.*

M.

Mulingen, *Dominium proprium in ditione Magdeburgica. Anno D. 1242. vixit Gebhardus dominus de Mulingen, teſte Hoppenrodio. Et anno 1318. Epiſcopus Magdeburgicus Burchardus de-*

ſtruxit arcem Mulingen, ſed eſt reædificatum à Comite Barbienſi auxilio vrbis Magdeburgicæ, vt refert Hoppenrodius ex Chron. Magdeburgico. Hodie poßident illud dominium Comites de Barbeij & in titulo ſe ſcribunt Dominos in Mulingen. Obſeruatur tamen & hîc mutatio in hoc dominio.

Meinhouelen, *Proprium dominium in Diœceſi Monaſterienſi fuit, quod putarunt nonnulli ſitum ad paruum miliare fuiſſe ab vrbe in eo loco vbi nunc eſt arx & oppidum VVolbeke, & ex loco illo turbauiſſe Epiſcopus Monaſterienſis Ludolphus de Holte, dominos in Meinhouelen, dicitur. Vide Cranz in Metropol. lib. 8. cap. 14. Eſt etiamnum hodie amplißima præfectura VVolbeck ſub cuius iurisdictione multæ parochiæ, plurimi pagi, atq; hæ vrbes, Alen, Becten, Sendenhorſt, & VVolbeke exiſtunt, quæ omnia ſine dubio etiam paruerunt iſti domino. Hodie adhuc eſt caſtrum propè oppidum Ludinckhuſen ſitum, nomine Meinhouel, cuius titulum gerit vir nobilis Henricus de Munſter, ſcribens ſe dominum in Runem & Meinhouolen. Ego credo iſtud dominium adhuc ſupereſſe ex priorum de Meinhouelen dominorum bonis. Legi in Chronico Marckenſium Comitum auctore Leuoldo de Northoff Canonico Leodienſi, quod vixerit anno 1250. Rodolphus dominus de Meinhouel cum coniuge Armegarda*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

garda nata Domina in Holte, quæ mortuo illo Rodolpho Domino in Meinhouel nupſit Otthoni Comiti de Marcka. Sed & hic videmus mutationem humanam, & quod omnes homines etiam magni, deſinant eſſe, & intereant cum ſuis titulis.

Nienober, *Proprium fuit olim dominium ſitum in ſylua* den Sollinge *Diœceſeos Hildeſimenſis, & olim ſcripſeruut ſe dominos in Nienober Rugrauij in Daſſel. Dicitur feudum eſſe Abbatis Corbienſis Vidi in annalibus antiquis, quod ſibi Comites in Daſſel, vſurpauerint titulum dominij in Nienober, ut Bernhardus VVedekindus, Ianus, Bado, Ludolphus, Comites in Daſſel domini in Nienober ſine dubio per pacta dotalia peruenerunt ad illud dominium. Quando Hildeſimenſes Epiſcopi mortuis hæredibus Comitatus Daſſel, ad ſe eum Comitatum transferrent aut potius traducerent, ſine dubio & hoc dominium ad ſe tranſtulerunt, ita ſine dubio & hoc dominium Nienober eadem ratione inuaſerunt. Sed quis iam exiſtit? quod illorum nomen fuit? Omnia tranſeunt & pereunt.*

Noſtendorff, *Proprium dominium in Diœceſi, Monaſterienſi ad flumen Lupiæ non admodum procul ſitum ab oppido Halteren, cuius titulum gerit noſtro tempore Ioannes à Raffeldt, dominus in Noſtendorff cum ſuis hæredibus.*

 Nort-

Nortringen, *Comitatus olim fuit & arx eius nominis adhuc ſita eſt in Diœceſi Halberſtadenſi, cuius poſſeſsionem conſequitur Burchardus Epiſcopus Halberſtadianus teſte Cranzio in Metrop. lib. 4. cap. 20. Anno 1036. & anno 937. vixit Philippus Comes in Nortringen, qui fuit in Campo equeſtri Magdeburgi, & Comitis in Northringen filiam VVillam duxit Comes in VVettin, teſte Hoppenrodio ex Chronico Miſnenſi: Ita & hîc mutationem videmus variam ſicut nihil in mundo eſt ſtabile.*

Nienhaus, *Præfecturam in Emeſlandia quæ alicui Comitatui ſubfuit olim (credo Vechtenſi) ad ditionem Monaſterienſem dicitur tranſtuliſſe Epiſcopus ibi Ottho Comes Hoyenſis, ſicut etiam & Nienborch & Meppen caſtra cum oppidis ibidem exiſtentia ad Monaſterienſes traduxiſſe idem à multis putatur.*

Ottenſtein, *Eſt dominium in Diœceſi Monaſterienſi, & caſtrum cum oppido ibi adhuc extat in vicinia Comitatus Sutphanienſis quod olim Heinricus Comes à Solms obtinuit, ſcribens ſe Comitem in Solmes & dominum in Ottenſtein, cui ademit caſtrum & oppidum cum tribus præfecturis Ottho Comes Hoyenſis, Epiſcopus Monaſterienſis. De hoc vide Cranz. in Saxon. lib. 10 cap 25. Fuere tres præfecturæ ad hoc dominium pertinentes, vt Otten-*

ſtein

ſtein & Vbelgunnæ, in qua, ut arce primaria, cinxerat Comitem ad anni ſpatium iſte præſul. Etſi verò opem Comiti auxiliumq́ præberent Dux Cliuiæ & Dux Geldriæ, Landtgrauius Haßiæ, Comites in Morſe, & VVitgenſtein & obſonia in arcem ferrent: Tamen Epiſcopus Ottho continuauit obſidionem donec caſtrum expugnaret. Caſtrum Vbelgun fuit contiguum oppido Scoppingen, quod ſubfuit huic dominio & planè euerſum caſtrum illud eſt O miſer Ottho quando de illa violentia reddes rationem, quid dices? memini penultimum Comitem Hoyenſem Ericum dicere, vtinam ille Epiſcopus raptor Ottho ex noſtra familia non fuiſſet ortus? Huius dominij arcium caſtrum fuit contiguū aut non procul ſitū ab oppido Bilderbeck (cuius nomen ignoro) quod oppidū quoque eidem ſubfuiſſe dicitur, quamuis alij contradicant, Et ei ſimiliter ſubfuerunt Freden & Ottenſtein, alia verò duo caſtra plane deſtructa ſunt per Epiſcopum, vt vix adhuc reliquiæ ibi extent. Tandem Comes Heinricus de Solms, ex certis quibuſdam ſui iſtius dominij bonis vixit Sutphaniæ, & vnicam filiam elocauit Comiti in Benthem, & ei aßignauit bona hæreditaria, quæ ex eo Comitatu retinuerat. Hæc Erthwinus Erthman in Chronico Oſnaburgenſi habet. Huius Heinrici patrem Ioannes Schipphowerus in Chronico Aldenburgico vocat Ioannem, quem prior Epiſcopus

Monaſterienſis Florentius de VVeuelinckhoue captiuum habuit: Ideo iſti ditioni diu inſidiati ſunt Monaſterienſes: Verùm hinc etiam apparet, quàm ſint omnia incerta, infirma & dubia in hoc mundo.

Ottersberg, *In Diœceſi Bremenſi proprium dominium fuiſſe (cuius poſſeſſores hodie ſunt Metropolitani Capitulares Bremenſes) fama refert. Verùm ego nihil de ea re certi vel quidquàm indicij habeo. Videtur dicere Cranzius in Mettopol lib. 7. cap. 40. Quod fuerit caſtrum Comitis Bernhardi de VVelpe: Quid veri ſit ignoro. Interim vetus Chronicum Saxonicum refert Gerhardum Lippienſem Epiſcopum Bremenſem hoc caſtrum anno 1222. Comiti Bernhardo de VVelpe ademiſſe. Sed vt noſtro tempore caſtrum Oſterberch vel Ottersberg habuit Senatus Bremenſis (quod in eum finem tradidit Capitulo Daniel à Buren medius, vt propitios haberet in ſua perplexitate Dominos & fauentem Epiſcopum) diu in poſſeſſione, ita & in hac præfectura eſt variatio obſeruanda.*

Peine, *Caſtrum munitum in Diœceſi Hildeſimenſi ad duo miliaria ab Hannobera vrbe ſitum, & oppidum eſt adiunctum caſtro, in quo multi nobiles ſuas habent ſedes. Fuit ibi proprius Comitatus qui ſub ſe 18. parochias complectitur: In campo & pugna gene-*

generali Magdeburgica fuit anno 937. Ericus Comes in Pein. Legimus in ſupplemento derelictorum Helmoldi apud Arnoldum Abbatem Lubecenſem lib. 1. cap. 32. de Comite Ludolpho Comite in Pein. Et Ludolpho Comiti in Pein ademit Heinricus Leo Dux caſtrum, ſed mox ei reddidit Comitatum. Hoppenrodius ex Chronico Saxonico. Cranzius lib. 8. cap. 25. deſcribit quomodo obſidione cinxerint arcem Pein, & in ea Comitem anno 1260, Dux Brunſwicenſis Albertus & Ioannes Epiſcopus Hildeſimenſis obſederint, atq; dum Comes careret hæredibus, & imparem ſe iſtis cognoſceret clam euocato Epiſcopo ipſi aſsignauerit Comitatum. Etſi verò hoc nomine iraſceretur Dux, quanquam mortuo Ioanne, eius frater Ottho eligeretur Epiſcopus, Interim tamen amicè cùm eo tranſegit frater Ottho Epiſcopus. Interea moritur Dux, & ita frater Ducis Epiſcopus Ottho obtinuit ſub Epiſcopatu Comitatum Pein, & pedetentim ſucceſſores eius. Cùm ad ſe iure belli transferrent Diœceſin Hildeſimenſem Duces Brunſwicenſes Ericus ſenior & Heinricus iunior contra ipſorum vim ante annos 60. defendit Pein arcem (quam Duces varijs modis oppugnabant ſed fruſtra) Senatus Hildeſianus: Et ſemper obtinuit Senatus Hildeſimenſis vſq; ad annum 1555. quo tempore tradidere

Sena-

Senatores dominium & arcem Friderico Epiſcopo Hildeſimenſi, nato ex regio Daniæ ſtemmate, & illo mox ſequenti anno mortuo recepit iſtius Dominij ius ad ſe frater Friderici Adolphus Dux Schleſwici & Holſatiæ, Dithmarſorum & Stormariæ. Tempore Heinrici Leonis vixit anno 1166. Ludolphus pater & filius eius nominis Comites in Pein, & filius vixit adhuc anno 1170. & 1173. Iſtius filius erat Bernhardus Comes in Peia, Anno 1192. viuens: Ex eo natus eſt rurſum Ludolphus matre Comitiſſa VValdenbergica, qui anno Domini 1220. & 1225. vixit, & ex hoc prodijt atq; ex Dorſtadiana matre, Bernhardus circa annum 1270. Et hic dicitur vltimus eſſe Comes iſtius familiæ. Hæc reperi in annalibus Cœnobij Stedersborch: Ideo hîc conſideremus fragilitatem hominum tàm potentum quàm miſerorum, quia & hi Comites perierunt cum ſuo titulo: Locus, hoc eſt, arx & oppidum iam paret hæredibus Ducis Holſatiæ Adolphi hoc tempore.

Poppenborch, *Olim proprius Comitatus, cuius arx in colle ſita eſt, & eſt ampliſsima præfectura in Diœceſi Hildeſimenſi, ab vrbe Hildeſia ad ſeſquimiliare diſtat & legimus in ſupplemento derelictorum Helmoldi apud Abbatem Lubecenſem Arnoldum lib. 3. cap. 36. de Adelberto Comite in Poppenborch, circa annum 1319. vel 1329. hic Comitatus peruenit ad*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nit ad Diœceſin Hildeſimenſem, teſte Hoppenrodio ex Chronico. Ego reperi in antiquis Annalibus, quòd circa annum Domini 1133. vixerit Fridericus pater, & poſt illum filius Fridericus, qui teſtes proferuntur in Archiuis Cœnobij Stedersborgenſis, & tempore filij Friderici facta eſt emtio, vt ſequentia verba ſonant: Gerhardus præpoſitus in Stedersborch emit à Comite Friderico in Poppenborch anno 1187. in præſentia filij Friderici duos manſos agrorum. Et tertius adhuc Fridericus Comes vixit anno 1210. Et cùm ille vltimus eſſet ſine hæredibus moriens, recipiunt ſuum feudum proprium, ad ſuam Diœceſin Epiſcopi Hildeſimenſes præſertim præſul ordine 33 nomine Heinricus Comes de VVoldenberg Comitatum illum quanquam alij tribuant Otthoni Duci Brunſwicenſi, qui arcem Pein adiecit ditioni iſti, quod quoq; & hunc Comitatum ſuæ ditioni ſubiecerit. Subfuit Comitatui oppidum Eltzen: Paruit vtriq; Erico tam ſeniori quàm iuniori hactenus, ſed modò Duci Iulio & eius filio Heinrico Iulio Ducibus Brunſwicenſibus potentiſſimis, Comitatus & præfectura Poppenborch, quia, ut diximus, iure belli ad ſe totam ferè Diœceſin Hildeſimenſem Duces Brunſwicenſes traduxerunt. Subſunt præfecturæ Poppenborch 6. ſplendidæ parochiæ rurales. Interim videmus quomodo iſti Comites cum titulo diſparuerint, & arcem & locum Epi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſcopis reliquerint, ab Epiſcopis locum & arcem Brunſwicenſes Duces ad ſe & ſuos Ducatus tranſtulerint, ut in hoc mundo nihil eſt ſtabile.

Palſterkamp, Paruum dominium in ditione Oſnaburgenſi in terminis Comitatus Rauensburgici: quod primò nobiles de Bouck, poſtea per pacta dotalia nobiles de Neſſelrodt poßidebant, tandem pater & filius Comites in Rennenberg, & demum nobilis Franciſcus à Loho poſſederunt, Hodie hæredes Franciſci de Loho iſtud dominiũ occupant: Et eſt quoq; noſtro tempore varia mutatio in eo dominio conſiderata.

Q.

Hìc nihil reperimus. Et quia Abbatiſſarum Reuerendarum & illuſtriũ in Quedlenborch Catalogum habere non potui, nihil etiam de ea vrbe & arce & abbatiſſis dicere poſſum.

R.

Recklinckhuſen, Eſt ciuitas ſita non procul ab vrbibus Aßindia & Dorſtemio, in terminis ditionis Monaſterienſis & ſubeſt Colonienſi Epiſcopo, Dicitur hodie, dis veſt Recklinckhuſẽ, inter Comitatus Vueſtphaliæ numeratur à Roleuingio, & quia oppidum Dorſtenium eſt quoq; ditionis Colonienſis, putant nonnulli eam vrbem pertinuiſſe ad hunc Comitatum cũ arce & præfectura Haerborg. Interim Colonienſe

Chro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Chronicon refert, quòd Eberhardo Comiti de Marca exemerit Colonienſis præſul anno 1344. oppidum Recklinckhauſen. *At nobiles de Oer habebant arcem Haerborch & Dorſten in poſſeſſione. Nam referunt nonnulli, quòd Dominus poſtremus de Recklinckhuſen reliquerit duas filias, alteram elocatam nobili cuidam de Oer, & aliam quæ manſerat innupta, & hæc ſuam partem, vt oppidum Recklinckhuſen & Horneburg, Colonienſi Diœceſi contuliſſe dicitur, ſed præſulem tunc mox oppignoraſſe hoc oppidum Comiti de Marca, & tandem cùm ille nollet reddere vi recepiſſe referunt Vetuſtatis gnari: Sed poſtea etiam eiecit nobiles de Oer Colonienſis & tandem Henrico domino in Gemme arces & vrbes oppignorauit, & ita cum Henrici filia Carda in dotem peruenere arces & oppida oppignorata ad Schowenburgicos Comites, ex quorum iure redemiſſe dicitur arces & oppida iſta Colonienſis præſul Salatinus de Iſenborch noſtro tempore: Deus bone quanta & hîc eſt variatio viſa in hoc Comitatu. Sic nihil eſt ab omni parte in hoc mundo beatum, ſed omnia ſunt infirma, ruinoſa & caduca.*

Ringelheim, *Modò Cœnobium, medius locus inter Volffenbuttel & Gandersheim, in Diœceſi Hildeſimenſi, fuit olim proprius Comitatus, vnde Aldenburgici Comites deſcendunt: Siboldus Comes*

in Aldenburg & Ringelen fuit in campo equeſtri & pedeſtri Magdeburgi, anno 939. Anno 809. fuit Epiſcopus Verdenſis, Comes in Ringelem VVigbertus. Vide Cranz. lib. 2. Metrop. cap. 30. vbi refert Theodorici Comitis in Aldenburg & Ringelheim filios fuiſſe VVedekindum, Immodum (qui ex arce Monaſterium fundauit, vt Chronicon eius Cœnobij refert) & Regenbertum (qui Danos vicit) & filiam Mechtildam Heinrici I. Imperatoris coniugem. Bruſchius putat poſt obitum fratrum Cœnobium ibi exſtruxiſſe Mechtildam imperatricem & hoc collapſum reſtituiſſe Epiſcopum Hildeſimenſem numero 44. Hoppenrodius dicit Theodorum ibidem Comitem anno 650. habuiſſe filiam Hilgardam. Cranzius lib. 6. Metrop. cap. 25 dicit Comitatum hunc ſitum fuiſſe inter Goſlariam ciuitatem & oppidum Bokelheim ad flumen Innerſte, & habuiſſe primos ibi Comites initium ex ſtirpe Ducis VVedekindi. Quidquid hodie pertinet ad præfecturam ampliſsimam Leuenborch, hoc olim huic Comitatui dicitur ſubfuiſſe. Modò & præfectura Leuenborch & Cœnobium Ringelheim parent Duci Brunſwicenſi Iulio & eius filio potentiſsimis Principibus. Interim & in hoc Comitatu apparet mutatio: Sic ut tempora mutantur, mutantur etiam conditiones hominum.

Reinenberg, *Arcem & præfecturam in Diœceſi*

Minden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Mindenſi, ædificarunt & poſſederunt Comites in Tecklenborch, & eam aliquando poſſederunt cum oppido Lubeke (quod huic præfecturæ ſubeſt) vt ex antiquis conſtat ſcriptis, Oſnaburgenſes præſules, ſed iam perpetuò eſt Mindenſis Diœceſeos. Dicitur hoc ad ſe vi tranſtuliſſe Cunradus Comes in Deipholt Epiſcopus Mindenſis, & Tecklenburgicis abſtuliſſe. Videatur Metrop. Cranzij lib. 7. Sic vbiq; videtur & apparet mutatio & variatio. Fuerunt ſane Tecklenburgenſes genere antiquiſſimi Comites, & regionibus & potentia ampliſſimi in VVeſtphalia, Verùm per Epiſcopos vicinos ſunt in anguſtias redacti: Interim & hîc mutatio & varietas in hac præfectura apparet.

S.

Schladem, *Proprius Comitatus fuit & arx adhuc eſt ſita in Diœceſi Hildeſimenſi ad ſemitria miliaria ab vrbe Goſlaria, & in terminis Diœceſeos Halberſtadianæ, & pertinuit ad hunc Comitatum arx & præfectura Vinnenborch. Et iam præfectura Schladem & præfectura Vinnenborch ſubſunt Duci Brunſwicenſi Iulio eiusq; filio Heinrico Iulio Principibus potentiſſ. quorum pater & auus Heinricus iunior iure belli has arces ademit Epiſcopo Hildeſimenſi: Vixit vt legitur in annalibus Cœnobij Stedersborch anno 1187. Heinricus Comes in Scladem, & anno*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

1220, *Heinricus* II. *Comes in Scladem , & tertius Heinricus Comes in Scladem anno* 1231. *cuius filij erant Ludolphus & Heinricus* IIII. *Ludolphus erat anno* 1231. *teſte Cranzio in Metrop. lib.* 7. *cap.* 46. *ordine* XXIII. *Epiſcopus Halberſtadenſis , & Heinricus Rector patriæ, qui vixit anno* 1252. *& genuit Ludolphum anno* 1249. *Electum Halberſtadenſem numero* XXV. *præſulem in adoleſcentia (qui vixerat præſul ad biennium) mortuum. Cranz. lib.* 8. *Metrop. cap.* 22. *Et deinde Heinricum* V. *ex quo genitus eſt, Heinricus* VI. *qui abſq; hæredibus moritur, & ſic Heinricus Dux Brunſwicenſis & Lunæburgenſis Epiſcopus Hildeſimenſis* XXXV. *ordine, anno* 1345. *Comitatum hunc adiecit ditioni ſuæ Hildeſimenſi: Subſunt ſub arce Scladem* 6. *parochiæ & ſub arce VVinneburg* 3. *pagi: Interim patet ex hac hiſtoria, quomodo & iſti Comites cum titulo in ſpongiam abierint, deinde quomodo illis demortuis illũ Comitatum ad ſe rapuerint Epiſcopi, & quomodo iſtis ablatus ſit, ut vbiq; conſtet mutatio & varietas.*

Scartavv, *Ducatum hunc fuiſſe ſcribit Marcus VVagnerus Hiſtoricus in deſcriptione nobilis familiæ de Meiendorff, & iam contineri ſub vel in ditione Magdeburgenſi aſſerit: Sic magni Principes euaneſcunt coram mundo, ut nihil de memoria eorum extet.*

Staden

Staden, *Proprius Comitatus fuit isq; amplus: Erneſtus Comes Aſcaniæ & in Soltwedel duxit vxorem Hillegardam Heinrici Comitis Stadenſis filiam anno 970. Hodie Staden eſt pulcra ciuitas, ad cuius gubernacula ſedent viri prudentes in Diœceſi Bremenſi. Dicunt fuiſſe eam ditionem & vrbem à Carolo magno Eccleſiæ Bremenſi conceſſam, & cùm Vandali impugnarent eum locum ſuſceperunt iterum locum defendendum Duces Saxoniæ, vt Heinricus auceps Imperator, qui ad eum locum conſtituit fortem gubernatorem Ioannem, quem fecit & ordinauit ibi Comitem vnde natus eſt Heinricus Caluus ex eo Siffridus & Theodorus, ex Siffrido oritur iunior Siffridus, & ex eo Luderus qui genuit Vdonem Marchionem Stadenſem, qui loco feudi Comitatum accepit à Bremenſibus, & ab eo nati ſunt Vdo, Ludolphus & Heinricus, ſed illis omnibus mortuis abſq; hæredibus, ſui iuris fecit eum Comitatum Epiſcopus Bremenſis, vt perpetuò Diœceſeos Bremenſis eſſet, ſicut adhuc eſt & manet: Eum Comitatum poſſedit aliquando potentiſſimus Dux Henricus Leo ſicut ſcribit Helmoldus lib. 2. cap. 6. Item libro 1. cap. 15. refert de Siffrido & Thiderico Comitibus de Staden: Deus bone, quàm varia, quàm magna mutatio eſt in hoc comitatu facta. Vbi iam ſunt Comites Stadenſes cum ſuo titulo? euanuerunt, perierũt: Sic pereũt*

omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

omnes potentes, & ruit in nihilum quod fuit ante graue.

Saſſenborch, *Præfecturam & arcem cum pertinentibus olim habuere Comites de Lippia ex beneficio Lotharij Cæſ. ſed dum tunc nobilis Dominus de Lippia Bernhardus ſtaret à partibus Heinrici Leonis potentiſsimi Ducis & iſte ſuis Ducatibus exueretur, eripitur etiam à Monaſterienſibus Lippiaco Domino Saſſenburgum. Vt & hîc appareat mutatio.*

Sommerſeburch, *Olim Comitatus nunc præfectura Magdeburgicæ ditionis. Helmoldus lib. 2. cap. 7. facit mentionem Adelberti Palatini Comitis de Someresburg. Anno 1020. vixit Eikenbaldus Comes in Sommerſeburch & Epiſcopus Moguntinus. Anno 1024. vixit Barwoldus Epiſcopus Hildeſimenſis* XIII. *ordine Comes in Sommerſeburch, cui Benno hoc condidit Epitaphium, qui eius fuerat diſcipulus, & is Benno poſtea factus eſt Miſnenſis Epiſcopus.*

Hac tumuli foſſa clauduntur præſulis oſſa
Barwaldimiri magnificiq; viri.
Qui propter ſtemma radians velut inclyta gemma,
Magna fuit patriæ gloria lausq; ſuæ.
Nam fuit Eccleſiæ condignus Epiſcopus ille
Quem Deus Emanuel diligit ac Michael.
Tandem biſſenis vndeno menſe Calendis
Felix hanc vitam mutat in angelicam.

Hæc

Hæc habet Bruſchius in epitome de Epiſcopis. Anno 1164. contra Henricum Saxonem pugnauit Albertus Pfaltzgrauius in Sommerſeburg, teſte Cranzio lib. Saxon. cap. 20. & eiuſdem meminit ibidem cap. 27. dicens eum fuiſſe vltimum hæredem & caruiſſe liberis, ideo eius ſororem Adelheidam Abbatiſſam in Quedelenburch ad ſe recepiſſe ditionem iſtam, & vendidiſſe Epiſcopo Magdeburgico VVigmanno, & cùm hoc impedire conaretur Dux Henricus Leo, ideo inter Epiſcopum & Ducem oritur bellum, ſed tandem cùm ſpolia Henrici Leonis diuiderentur, ab ipſo Cæſare Friderico Barbaroſſa, cùm iam inuaſiſſet ditionem Sommerſeburg Henricus Leo, illa ditio attribuitur Epiſcopo Halberſtadiano. Hæc Hoppenrodius ex Bruſchio, Cranzio & Chronico Saxonico refert. Videamus iam quanta & quàm magna mutatio ſit in hoc Paltzgrauatu vel Comitatu viſa, & quomodo iſti Heroes & Principes iam ante aliquot ſecula cum titulo deſierint eſſe.

Stromburch, *Fuit quartum vnius ex Burggrauijs Imperij dominium, cuius arx eius nominis eſt ſita iam in ditione Monaſterienſi in vicinia vrbis VVildenbrugij. & ſub eo Burggrauiatu fuit præfectura Craſſenſtein, quæ iam nobilibus de VVenden paret, ut ſcribit Erthwinus Erthman in Chronico Oſnaburgenſi & Ioannes Schiphower Meppenſis in*

 Chronico

Chronico Aldenburgenſi. Verba Erthwini ſunt: Cùm Burchardus de Stromberge Burggrauius (quem Chronicon Aldenburgenſe Ioannem vocat)inciperet hinc inde prædari per plateas, ceperunt Epiſcopus Monaſterienſis Florentius de VVeuelinckhoue dominus, Theodorus nobilis de Horne, Epiſcopus Oſnaburgenſis, & Padenbornenſis Epiſcopus, Henricus nobilis de Spiegel & Comes de Marca Engelbertus, & vrbs Suſatum, quæ damna varia ab eo ſenſerat, cingere arcem illamq́ inuadere, & cum ei opem vel ferre vel in Rheden vicino dominio eum fouere diceretur Nicolaus Comes Tecklenburgicus, cuius hic Burchardus ſororius erat, adegerunt & ipſum, vt Burggrauium dimitteret, qui fugiens ad Brunſwicenſes in Grubenhagen, ex cuius familia erat ipſius mater oriunda, ibi moritur, relinquens vnicam filiam, quæ diu vixit in Cœnobio Harſebrock ditionis Oſnaburgenſis & fuit ibi Abbatiſſa. Cùm verò eam arcem ad ſe raperent Monaſterienſes hoc alij non æquo animo tulere, & ideo poſtea de nouo arcem Stromberg cinxerunt Epiſcopus Padenbornenſis, vrbs Suſatum, & Comites Hoyenſes & Marckenſes. Sed Monaſterienſes arcem & amplum dominium vi obtinuerunt pro more: Sic ille Florentius Burchgrauiatum quartum imperij Romani ademit, & Imperialem amplitudinem illa rapina priuauit, ſed quid profuit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

profuit iſti Florentio domino de VVeuelinckhoue, eripuiſſe vero hæredi hæreditatem ſuam, dum citò à Monaſterienſi Eccleſia diſcederet & pergeret ad Traiectenſem Eccleſiam? Verùm qua quis menſura menſus eſt, eadem metientur illi, nam mox poſt illum perijt in maſculo ſtemmate dominium in VVeuelinckhoue. Sed quid dicet hic Florentius, quando eum accuſabit in extremo iudicio de ablato ſuo patrimonio Burchardus?

Stotel, *Comitatus in Diœceſi Bremenſi ſitus. Vlrici vltimi Comitis in Stotel filiæ aliquando Comitibus in Aldenburg nupſere, & plurimi putant dotis loco eſſe allatum dominium in VVorde dominis Comitibus in Aldenburg, quod adhuc obtinent noſtri Comites, & dicitur hodie illa parochia vltra Viſurgim,* das Land zu Würden. *Arx Stotel eſt hodie Diœceſeos Bremenſis, quam in ea ditionalis Satrapa vir nobilis & præſtans Iodocus à Beer cum ſuis filijs hactenus occupauit, & vidi eius literas ſic habentes initium,* Als in der Herrſchafft Stotel. *Inueni in ſigillatis literis anno 1329. datis quòd Rodolphus iunior Comes in Stotel habuerit patrem Ioannem & matrem Alburgam, tutorem vero Ioannem Comitem in Aldenburg. Interim iſti Comites cum titulo eſſe deſierunt, vt nihil eſt in hoc mundo perpetuũ & firmum.*

Stienvvede, *Comitatus aut dominium in ditione*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Mindenſi fuit. Nam Hermannus de Lebeke Monachus Mindenſis in Chronico manuſcripto Comitum Schowenburgenſium (quod eſt poſtea reſtitutum per nobilem dominum Lambertum à Beueſen officialem Mindenſem, Canonicum maioris Eccleſiæ Oſnaburgenſis, & Propoſitum ad S. Ioannem Oſnaburgæ virum doctum, cuius Comitatus etiam ſit mentio in manuſcripto Chronico Mindenſium, ſcribit quòd Epiſcopus Mindenſis vltra Viſurgim emerit à Comitibus in Schowenburg Iohanne & Gerhardo Comitatum Steinwede. Hoc autem vt obiter addam, Credo Cranzium (ne tamen quid temerè de mortuis dicam) non fuiſſe bonum virum, propterea, poſtquam ex hoc Chronico Hermanni de Lerbecken, & ex Helmoldi ſcripto, & ex Gobelini perſonæ Coſmodromio, ex Alberto Abbate Stadenſi & alijs multis manuſcriptis, & à me partim viſis, partim non viſis Chronicis, omnia ſua compilarit, quòd iſtorum nullam faciat mentionem: Ideo ita furtum commiſit: Sed qui & quales fuerint Comites in Stienwede, quæ nomina habuerint, & vbi is Comitatus extiterit, ſanè ignoratur, adeo tempora longa multa hiſtoria obliuioni tradunt.

Schvvallenburg, *Magnus olim fuit Comitatus in VVeſtphalia. cuius in monte arx eiuſdem nominis eſt ſita, hodie ad vnum miliare à ciuitate Comitatus*

Lippiæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Lippiæ Blomberg, & ad dimidium à Steinemena & Nieheim oppidis, quæ oppida duo cum adiunctis præfecturis paruerunt Comiti Schwallenburgico, & modò parent Epiſcopo Padenbornenſi. Primariam autem arcem Schwalenburg ſimul poßident Comites Lippienſes & præſules Padenbornenſes. Verũ inſignia eius Comitatus (hirundinem inſidentem Stellæ) gerunt Lippienſes domini & tres partes obtinent arcis Schwallenburg. Padenbornenſes verò præſules tantùm quartam partem arcis habent. Facit mentionem in ſupplemento derelictorum Helmoldi, Arnoldus Abbas Lubecenſis lib. 1. cap. 32. VVedekindi Comitis in Schwallenborch. Deinde horum Comitum facit quoq; mentionem Cranzius in Saxon. lib. 6. cap. 39. vbi dicit de VVedekindo, quod ille contra Henricum Leonem ſteterit à partibus Colonienſis præſulis, & is quoq; profectus eſt cum Cæſare Friderico Barbaroſſa in terram ſanctam, teſte eodem in Metrop. lib. 7. cap. 28. Facit quoq; mentionem lib. 3. cap. 43. & lib. 8. cap. 38. Guntheri Comitis Schwallenburgici, Epiſcopi Magdeburgici. Et rurſum Guntheri Comitis Schwallenburgici facit mentionem idem lib. 9 cap. 5. In annalibus & priuilegijs illuſtris Collegij Gandersheimenſis reperi circa annum D. 1148. vixiſſe Vockwinum & Guntherum Comites in Schwallenburg. Iutta Comitiſſa in Schwallenburg fuit Abbatiſſa

 in Gan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

in Gandersheim: Et XXIII. *Epiſcopus Padenbornenſis fuit Simon Comes in Schwallenborch circa annum* 1254. *& inter alios dominos fuit quoq; pro Lippienſi Comite Simone fideiuſſor Comes Schwallenburgicus Albertus. Circa annum* 1285. *Comes Schwallenburgicus quidam fuit fundator Cœnobij in Valckenhagen, quod aliquando collapſum reſtituit Comes in Eberſtein. Et Comites Schwallenburgici fuere quoque fundatores opulenti Monaſterij in Marienmunſter, vbi etiam ſuam habuere ſepulturam: Et vltimus Comes nomine VVedekindus propter adulterium cum nobili fœmina commiſſum, eſt interfectus ab equite aurato dicto de* Rotterbecke *marito fœminæ. Ideo eſt etiam ille VVedekindus in eius cœnobij templo ſepultus, & ſic etiam magni Heroes propter ſcelera puniuntur à Deo, abſq; perſonarum reſpectu: Et ruunt ſingula quæ extiterunt: Sic hi ampliſſimi Comites cum titulo eſſe deſierunt.*

Stoppelberg, *Proprium dominium in ditione Padenbornenſi, & cingitur riuulis Beuer, Brun & Niſe, & arx Stoppelbergfuit ſita in viciniapagorum Entorff & Rudenſeick, & reliquiæ murorum oſtendunt quaſi ibi quoq; oppidulum fuerit: Et fuit quoq; in pago Greuensborck arx & præfectura, quod reliquiæ ibi indicant, quaſi* des Grauenborch/ *quæ quoq; iſti domino ſubfuit. Arx Oldenborch quæ ibi modò paret*

Comiti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Comitibus de Lippia (& in qua Padenbornenſis præſul quoq; aliquid iuris habere dicitur) fuit præfectura quoq; iſtius Dominij, quam modò occupant nobiles Rawus Arnoldus & Falco. Arnoldus fratres de Owenhuſen. Paruere præter prædictos pagos huic dominio & hi pagi Schuuerligen, Hagedorn, Bredenhop, Sommerſellen, Brakelſyc, Tidenhauſen, Euorſen, & Roleſſen. Et hi pagi partim in Diœceſi Padenbornenſi ſiti ſunt, partim Comitatui Lippiæ ſubſunt: Videtur illud dominium quod fuit in terminis oppidorum Steinem & Nihem ſitum, per matrimonium ad Lippienſes & Schwallenburgicos Comites tranſlatum, & ita æquo iure poſt illos mortuos occupatum à Padenbornenſibus & Lippienſibus dominis: Ah quàm eſt miſera hominum tam potentum, quàm paruulorum conditio, & quanta eſt vbiq; mutatio?

Suſatum, *Splendida vrbs cum aliquot parochijs vel proprio dominio dicto hodie* die ſüſtiſche Börde, *paruit olim Colonienſibus præſulibus, ſed cùm eos premere vellet Theodoricus natus Comes de Morſe Epiſcopus Colonienſis & illorum dominium ad ſe transferre & ciuitati ſubripere, ſe ſubdidere Duci Cliuienſi, qui eſt Comes de Marca ampliſsimus, Principi Ioanni & eius filio Adolpho: Et cùm illi deficerent, ſunt ſuborta inter vtrumq; Principem cruenta bella, ita ut magno numero ad 60. millia Bohemorũ, Miſnenſiũ, Thuringicorũ et Sax. militũ (quos ducebat Vuilhelmus*

Dux

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Dux Saxoniæ) ille Theodoricus traduceret ad expugnandum & Suſatum (quam vrbem tunc defendebat Ducis Ioannis filius Adolphus atq; probè antea munierat) Verùm ſunt repulſi aliquoties, vt re infecta tàm glorioſi milites diſcedere ab vrbe ſunt coacti, ſic manſit hæc vrbs & ditio ſub tutela Ducum Cliuiæ, qui ſunt Comites de Marcka vſq; ad hunc diem: Et hominum propoſita in nihilum euadunt ita.

Seeburch, *In vicinia ciuitatis Iſlebij fuit olim proprius Comitatus, & fuit Gero Comes in Seeburg, & tandem VVichmannus ibidem Comes per Fridericum Cæſarem creatus Magdeburgicus Epiſcopus illum comitatum contulit Eccleſiæ ſuæ, ſed poſtea hoc in feudum accepere ab Epiſcopis Mansfeldici Comites. De Schrapla Comitatu qui fuit aliquando Diœceſeos Magdeburgenſis nihil dicemus, ſed remittimus lectorem Hoppenrodium.*

T.

Tedinckhuſen, *Arx in Diœceſi Bremenſi dicitur pertinuiſſe ad Comites in Bruckhauſen, Sed Comes Gerhardus de Hoya, ademit caſtrum Tedinckhuſen Henrico Comiti in Bruckhauſen, cui oppignoratum erat, vt teſtatur Chronicon Aldenburgicum: Alij aiunt poſtea ad Hoyenſes perueniſſe ad eam arcem, ſed cùm Gerhardus Comes in Hoya eſſet coadiutor Bremenſis, putant ita perueniſſe eam præfecturam ad Bremen-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Bremenſes Epiſcopos, & deinde iure belli occupatam: Sed ea arx erat Bruckhuſiano Comiti oppignorata à Bremenſi Epiſcopo & Capitulo, ut veteres annales referunt, & Chronica Bremenſium Epiſcoporum manuſcripta aſſerunt, quia ſingula ſunt hîc dubia & incerta.

V.

Vandalia, *Fuit olim in partibus inferioris Saxoniæ, vbi modò exiſtunt Ducatus Megapolenſis, Epiſcopatus Magdeburgicus Halberſtadenſis atq; Schwerinenſis & Razeburgenſis, Item Stolpenſis & alibi Vandali adhuc exiſtunt in Ducatu Lunæburgenſi, Et Duces Megapolenſes ſe hodie ſcribunt Principes Vandalorum. Sed Epiſcopi Magdeburgenſes magnam eius loci partem obtinent ſicut & Halberſtadenſes & prædicti alij Epiſcopi aliquam partem inde habuere. Certè magna & varia eſt olim in Vandalia mutatio viſa.*

Vechta, *Oppidum & arx in dimidio inter Bremam & Oſnaburgum vrbes ſitum, in contiguo oppidi & præfecturæ VVildeshuſen & Cloppenborch & in terminis Diœceſeos Oſnaburgenſis & Comitatus Diepholdiani: Ibi fuit proprius Comitatus cuius ius attulit ad ſuam Eccleſiam Epiſcopus Monaſterienſis pro certa pecunia, nempe Ottho Comes de Lippia, teſte Cranzio lib. 8. Metrop. cap. 31. Alij dicunt hiſto-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

rici fuiſſe Otthonem Benthemenſem. Sub præfectura Vechte ſubſunt 15. parochiæ, & ſub vna parochia ſæpè comprehenduntur 10. vel 12. pagi, & ſunt in illa præfectura 31. ſtructuræ nobiliũ, die man Burch menne nennet. Huno Comes Aldenburgenſis habuit vxorem ſibi Guillam filiam Comitis Vechtenſis Dudonis ante annos 500. Dicitur ad Vechtenſem Comitatum quoq; pertinuiſſe aliqua pars Emeſlandiæ, vt Niehaus præfectura cum oppido Haſelundo & Aſchendorff & ipſam vrbem Emedam modò in orientali Phryſia ſitam huic ſubfuiſſe aiunt: Et quanquam illam primus orientalis Phryſiæ Comes Vldericus initis certis cum Hamburgenſibus conditionibus ad ſe transferret, tamen eius filius Ezardus primus coactus eſt huius ciuitatis nomine tranſigere cum Matthone (Hoyenſe Comite) Epiſcopo Monaſterienſi (quem bellatorem vocarunt) vrbem eam nomine Comitatus Vechtenſis, quaſi ei ſubeſſet, repetentem ſummam pecuniæ numerare. Vulgo in oppido Vechte & eius præfectura dicitur vltima Comitiſſa videlicet virgo dicta fuiſſe Munlio, Frewlein. Munlio quam noluiſſe cum quoquam inire matrimonium, ſed Cœlibem permanere voluiße tradunt ſeniores, quanquam alij aliter de ea referant. Vulgò autem ſic refertur, quòd cùm matrimonij cum ea incundi cauſa ei moleſtus eſſet quidam Comes Diepholdianus, & cùm illa hoc recuſaret, tandem inimicitiæ inter vicinos Co-

mites

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

mites orirentur, ut res proceſſerit ad bellum, & ita certauerit nobilis domina de Vechte Munlio cum vicino Comite. Ideo veniens ad Epiſcopum & Capitulū Oſnaburgenſe ab eis opem petijt, ea conditione quòd poſt mortem dominium ſuum ipſis aßignare velit, ſi iam in ſuum patrociniū ſuſciperent eam. Sed illi poſtquam cum vicinis nollent controuerſiam habere, ideo illa rectà tranſiens ad Monaſterienſes fertur dixiſſe, wil Peter nicht Paul wird gerne, *(quia vulgò dicitur Petrus patronus Oſnaburgenſis Eccleſiæ, & deinde Paulus Monaſterienſis) & ſic tranſegit cum Monaſterienſibus, quanquam iſta fabuloſa cenſeant periti & longè aliter de hoc Comitatu & eius vltimis hæredibus referant: Vt ut ſe res habent, hoc certum eſt, ibi mutationem eſſe aliquam factam in Comitatu & Comites Vechtenſes non eſſe amplius in rerum natura, ſed deſijſſe ante aliquot ſecula. Cùm Comes Antonius de Aldenburg, eiusq́; fratres Ioannes, Georgius & Chriſtophorus propter Comitatum Delmenhorſt diſceptabant cum Monaſterienſibus ab eis tandem laceßiti anno D. 1538. intulerunt bellum, & oppidum Vechte arcemq́; ibidem planè exuſſerunt.*

Vorde, *Arcem in ditione Bremenſi, vbi Epiſcopi ſedes habent, erexiſſe Duces Saxoniæ, ſcribit Cranzius in Saxonia lib. 7. cap. 37. Quomodo ad Bremenſes peruenerit ignoro. Interim & hìc videtur & conſideratur mutatio aliqua.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

VV.

VVinſenberg, *Antiquus Comitatus in Diœceſi Hildeſimenſi, cuius arcis veſtigia in monte videntur, & fuit amplus Comitatus in vicinia illuſtris Collegij & vrbis Gandershemij, & fuere ſub eo ciuitaces Alfeldum & Groena cum præfectura, & alia præfectura Frehen, & habet plurimos pagos ille comitatus. Anno 937. vixit comes Heinricus de VVinſenberg, & Theodorici Comitis de Vinſenberg (quem Lotharius Dux Saxoniæ in diœceſin Monaſterienſem violenter induxit anno 1116.) Facit mentionem Crantzius in Metrop. lib. 6. cap. 9. 13. & 18. Helmoldus lib. 1. cap. 74. facit mentionem Hermanni Comitis in VVintzenburg occiſi, & lib. 2. cap. 6. dicit idem, Henricum Leonem potentiſſimum Ducem, temere in poſſeſſione Comitatum Hermanni de VVinſenberg. Iſtius Theodorici (qui apud Lotharium fuit) fratres erant, vt Cranz. recenſet in Saxon. lib. 6. cap. 18. Hermannus & Henricus. Deinde addit Cranzius lib. 6. Metro. cap. 21. & lib. 6. Sax. cap. 11. quomodo Hermannus vltimus Comes habuerit nobilem equitem Sueuum natione, quem cùm procul in exteras nationes ablegaſſet, interea illo abſente ſtuprum iſtius coniugi infert. Reuerſus verò eques domum cùm omnia cognouiſſet ex coniuge, ira commotus ingreditur mane conclaue Comites & eum transfodit*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

fodit in lecto & cùm coniunx Comitis grauida & ferens vterum minaretur equiti, etiam ipſa transfoditur, (Sic etiam potentes abſq; reſpectu perſonarum à Deo propter ſcelera puniuntur) & per quendam familiarem Spiritum admonitus Epiſcopus mox progreditur & inuadit Comitatum & arcem VVinſenburg: Saxonicum Chronicon dicit quòd propterea VVinſenbergicus Comitatus ſit ab Epiſcopo occupatus & Comes gladio punitus, quòd Comitem in Luckaw occidiſſet. Hoppenrodius hoc refert, quòd Henricus Comes in VVinſenburg fuerit in campo equeſtri Gottingæ anno 1119. Cœnobium in Lampſpinge fundarunt Ryddago Comes in VVinſenburg & eius coniunx Imbylde, tempore Ludouici II. Imperatoris & vnica eorum filia facta eſt ibi Abbatiſſa prima: Deinde in hoc Comitatu amplo nobiles aliquot de Steinberge ipſorum arces habent, ut Bodenburg & VViſpelenſtein, & plurimi alij viri nobiles, ut de Friſsburg, Ruſcheplaten, Stocken, Rheden, & plures: Sic lego in Chronico Cœnobij Stedesborch. Hermannus Comes in VVinſenborch occiſus eſt cum vxore à miniſterialibus Hildeſimenſis Eccleſiæ, & obijt 1152. Interim iam per quadragintos & plures annos hi Comites deſierunt eſſe, adeo res humanæ ruunt & vergunt ad interitū. Hodie ille Comitatus hoc eſt, ampla præfectura VVinſenberg eſt in plano conſtituta (modò dicta

Haſekenhuſen) cui eſt quoq; adiecta præfectura Freden & huic Comitatui ſubditum fuit oppidum Aluelde. Hunc Comitatum & vrbem Aluelde Henricus iunior Dux Brunſwicenſium iure belli ademit Epiſcopis Hildeſimenſibus, & filio Duci Iulio atq; nepoti Henrico Iulio Duci excellentiſſ. hæreditate reliquit quibus hodie parent, ſed vrbs Græna cum arce ſubfuit Erico Duci Brunſwicenſi tam patri quàm filio eius nominis, quæ quoq; erat huius Comitatus arx & præfectura & iam paret Duci Iulio & eius filio primogenito Henrico Iulio Duci B & L. celeberrimo.

Vvardenburg, *Ciuitas in ditione Padenbornenſi, fuit olim proprius Comitatus, quem mortuo vltimo eius Comite Dedicone, ab Imperatore Henrico* II. *impetrat Meinwercus* 10. *Epiſcopus Padẽbornenſis, ſed cùm haberet aduerſariũ ſibi (propinquum Dediconis) Bernhardum, ipſum pecunia, bonis, & donis placauit, & illum ex Baronibus credo fuiſſe de VVarberg in Saxon. Vide etiam Cranz. lib. 4. Metrop. cap. 4. Sic & hîc variatio & mutatio viſa eſt, & periјt ille Dedico, cum ſuo Comitatu, quem alijs reliquit.*

Vvoldenberg, *Proprius Comitatus in Hildeſimenſi Diœceſi, in vicinia Comitatuum Pein, Ringelheim & Vuinſenborg. Extat in monte arx in vicinia oppidi Bakelem, quod huic Comitatui ſubſut, & eſt conſpicua & integra VVoldenberg & fuit olim magnus*

gnus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

gnus Comitatus, qui in ſe continet 28. pagos & fuit altera eorum præfectura Derenborch, ex qua curarunt olim iſti Comites fundari Cœnobium Monialium: Anno 996. fuit Sigiſmundus Comes in VVoldenberg in campo equeſtri Magdeburgi. Anno 1182. obſedit Cæſar Fridericus arcē Vuoldenborch propterea, quòd Comes ille ſtaret à partibus Henrici Leonis, teſte Cran. lib. 6. Saxon. cap. 42. & Chronico Saxonico. Anno 1270. vixit Burchardus Comes in VVoldenburg: hæc habet Hoppenrodius: Ego reperi in annalibus illuſtris Collegij Gandershemenſis & Cœnobij Stedersburg, & alibi hanc genealogiam eorum Comitū, Anno 1070. Luderus & Ludolphus fratres Comites in Vuoldenburg vixere. Anno 1090. Ludolphus iunior Comes in VVoldenburg vixit. Anno 1141. Ludgerus & Hermannus Comites in Vuoldenberg vixere. Et anno 1191 Bernhardus & Ludolphus Comites de VVoldenberg exiſtebant. Item anno 1220. Hermannus & Henricus Comites de VVoldenburg viuebant: Anno 1269. Henricus & Hermannus Comites in VVoldenberg erant. Anno 1282. Ludolphus & Henricus & Hermannus Comites de VVoldenburg ſuperſtites erant. Item anno 1293. vixere Hermannus, Cunradus, Ioannes & Henricus Comites de VVoldenburg Anno 1309. fuit Henricus Comns ibidem, Epiſcopus Hildeſimenſis, & poſt illum Ottho,

fratris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

fratris ſui filius ibidem Epiſcopus factus, cuius frater Gerhardus fuit gubernator patriæ, qui non habuit ex coniuge Sophia liberos, & ut vidi ex literis antiquis Eccleſiæ in Sehauſen oppido, vixit anno] 1350. Is tandem committens adulterium cum molitoris filia vel coniuge, dicitur ab illo interemtus eſſe. Sic etiam facinora in magnis non minus à Deo abſq; reſpectu perſonarum, quàm in paruis puniuntur. Mox fit huius Gerhardi hæres, Ottho frater eius Epiſcopus Hildeſimenſis, qui tandem eum Comitatum aßignauit Eccleſiæ Hildeſimenſi, & Epiſcopatui ſuo. Vide etiam Cranz. in Metrop. lib. 9. cap. 12. de ea re. Hunc Comitatum iure belli ad ſe tranſtulit Henricus iunior Dux B & L. qui eum hæreditatē tranſtulit ad filium D. Iulium & nepotem D. Heinricum Iulium Principes lectißimos: Interea extiterunt ante ducentos & plures annos hi Comites, Iam vero illi cum ſuo titulo abierunt in ſpongiam & ſedem ſuam aliȷs reliquerunt.

VVethin, *Proprius olim Comitatus ad flumen Salam. Helmoldus ſcribit lib. 1. cap. 63. de Cunrado quodam Comite de VVethin, ibidem cap. 85. fit mentio Cunradi Marchionis de VVethin, & in eius ſupplemento Arnoldus Abbas Aubecenſis lib. 1. cap. 32. dicit de Henrico Comite de VVitha: Et cenſeo idem eſſe: vixit autem anno D. 1107. Thimo Comes in VVethin*

& ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

& ab illo genitus Comes in VVethin Henricus, & ab eo Vlricus, cuius filij Ottho Epiſcopus Mindenſis teſte Cranzio in Metrop. lib. 10. cap. 25. & Henricus Comes in VVethin, quo abſq; hæredibus mortuo eſt Comitatus tranſlatus ad Diœceſin Magdeburgenſem. Sed eum anno 1377. vendidit Albertus Comes in Sternebergibidem Archiepiſcopus, ut oſtendit Hoppenrodius ex annalibus Magdeburgicis.

Vverle, Proprius fuit Comitatus olim teſte Cranz. lib. 3. Sax. cap. 7. & lib. 7. cap. 39. Sed hic fuit alibi in Vandalicis oris, ut apparet ex lib. 5. cap. 29. & ex lib. 6. cap. 19. & 38. & lib. 7. cap. 40. Saxoniæ Cranzij. Alioqui fuit Epiſcopus Padenbornenſis Henricus dominus de VVerle. (Vide in Metrop. lib. 5. cap. 21. Cranzij) quem putant ex ea familia fuiſſe, quæ fuit dominorum & Comitum in VVerle. Sed ex Vandalia Cranzij conſtat, quòd fuerit Comitatus in Vandalica terra: Vide eum in Vandalia libro 8. cap. 3. & 5. & ſubfuit huic comitatui oppidum Grimme. Certum eſt tales Comites fuiſſe, ſed vbi, ignotum eſt. Sic tempora labuntur & plerumq; omnia in obliuionem veniunt. Alioqui in VVeſtphalia VVerle hodie eſt oppidum & ampla præfectura, vel arx eximia in Diœceſi Colonienſi ab hac parte Rheni inter Comitatum de Marcka & vrbem & dominium Suſatum, ſi fuit ibi quoq; proprius Comitatus, ut putatur,

m & per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

& peruenit per matrimonium, is ante aliquot ſecula ad Comites Arnsburgicos, nam iſti comitatui hæc præfectura ſubeſt : Sed Comitatus Arnsburgicus iam per aliquot ſecula, vt diximus, ſubfuit Electori Colonienſi

Vveſtphalen, *Fuit proprius Ducatus tempore Henrici* I. *Nam anno* 938. *fuit in campo equeſtri Dido Dux VVeſtphaliæ, poſtea eum ſibi titulum primò Marchiones, deinde Duces Saxon. vſurparunt, Et Comites de Arnsburg, ut Fridericus qui ſe ſcribebat Comitem de Arnsburg & Vueſtphalen Ideo Cæſar Lotharius, qui erat ex Arnsburgica familia, ſemper ſibi, & ſuus gener Henricus ſuperbus Dux Bauariæ & huius filius Henricus Leo vſurparunt ſibi eum titulum, donec tandem turbato Henrico Leone, Vueſtphaliæ partes inuaderet Colonienſis præſul , & ſimul occuparet Comitatum Arnsburgicum, quo nomine ſe etiam ſcribit Ducem VVeſtphaliæ, & licet ille Ducatus aut præcipua tamen eius Ducatus pars eſſet Ducibus inferioris Saxoniæ , vt diximus in litera E. de Engern, adiudicata & decreta, tamen Colonienſes vi hanc obtinuerunt , & adhuc titulum & magnam VVeſtphaliæ partem obtinent. Henricus Leo autem maximus & potentiſſimus Princeps fuit poſteris exemplar, in quo videre licuit, quomodo Deus potentes de ſede ponat & ſuperbos deijciat , ne vnquam*

homi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

hominum quis in ſua potentia in ſua fortitudine, in diuitijs confidat. Hic enim à tot Ducatibus & Principatibus, inter quos & Vueſtphalia erat, deiectus extra Germaniam ad biennium exulare coactus eſt.

Vveſten, Eſt adhuc arx in Diœceſi Verdenſi, fuerunt aliquando Domini de Vueſten, & nunc Verdenſibus ſubeſt Epiſcopis Vueſten: Interim illi domicelli iam præterierunt.

Vvittorp, Pagus in eadem ditione, & fuere aliquando domini in Vuittorp: nunc ſubeſt Diœceſi Verdenſi & præterierunt illi domini.

Vvitte, In ditione Verdenſi pagus eſt dictus, die krumme Graffſchafft/ Vuitto ſubeſt Epiſcopo. Et Domini in Vuitto iam abierunt per viam vniuerſæ carnis.

Vvonenberg, Pagus propè vrbem Verdam, fuit & dicitur quoq; dominiũ fuiſſe, & ſubeſt ibidem præſuli, atq; ſimiliter ibidẽ domini perierunt cum reliquis,

Vvittenborg, Proprium Cœnobium non procul ab arce Poppenborg in monte conſpicuum, in Diœceſi Hildeſimenſi, quod olim Comitatus fuit & vltimus Comes in eo ſepultus dicitur eſſe, qui ex ſuo Comitatu & arce fecit Cœnobium, quod Epiſcopo Hildeſimenſi ſubiecit. Albertus Cranz. in Vandalia lib. 8. cap. 3. & inprimis cap. 11. facit mentionem Comitum de Vuittenburgo: Item Arnoldus Abbas Lubecenſis dicit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

alibi de Comite in VVittenborg, an is ille idem ſit ignoro: Sed hoc Cœnobium, de quo dixi, ſubfuit Ducibus patri & filio Ericus primo, modò paret Duci Iulio & eius filio Duci Henrico Iulio Principi exquiſitiſſimo ſub præfectura quæ fuit quondam prius Comitatus Poppenborch.

Vvoldenſtein, *Non procul arx eius nominis ab oppido & arce Seehauſen, nec procul diſtat à Stoffenburg, cuius veſtigia ibi adhuc ad montem extant, ſed præfectura eſt iam in plano loco dicto Bilderla ordinata, & fuit in Diœceſi Hildeſimenſi. In priuilegijs Cœnobij Ringelhemenſis reperio proprium Comitatum fuiſſe. Nam ſic legitur, Ludolphus Comes de VVoldenſtein & Cunradus & Ioannes Comites in VVoldenberg (qui citantur teſtes) anno 1208. adfuere ut teſtes. Arx Luther* am Barenborch/ *videtur huic Comitatui ſubfuiſſe, iam parent omnia Duci Iulio & eius filio Henrico Iulio Duci inclyto, interim fuerunt iſti Comites & iam ante tria ſeculа deſierunt eſſe cum titulo, ut ſunt in mundo omnia vanitati ſubiecta. Hos rithmos inueni de arce VVoldenſtein in antiquis Chronicis.*

Drey henge von einer Taſchen/ *facit* CIↃ
Zwey öhre von einer Flaſchen/ *facit* CC.
Lange ſpeit (*facit* L) vnd ein/ *facit* I.
Das iſt gebawet der Woldenſtein/ *Hoc eſt.*

Anno

Anno Domini 1251. eſt ædificata arx illa & iam ante annos 46. eſt quaſi deſtructa. Subfuerunt olim arci VVodenſtein & iam Bilderla nouem pagi.

VVoltigerode, *Iam Cœnobium propè Goſlariam vrbē, quod fuit olim proprius Comitatus in Diœceſi Hildeſimenſi: Comites in VVoltigerode habitarunt in arce Herliborch, cuius veſtigia ibi in vicinia conſpiciuntur, & ſubfuit huic Comitatui arx & præfectura VVidela ibi in vicinia, quæ omnia Dux Iulius & eius filius Henricus Iulius Princeps multis modis ampliſsimus poſsident, quia ut diximus iure belli tranſtulere penè totam ditionem Hildeſimenſem ad ſe Duces Brunſwicenſes Ericus ſenior & Henricus iunior auus Henrici Iulij. Anno 1154. vixit Ludolphus Comes de VVoltigerode, & eo anno moritur, Et ante eum vixere Hoierus & Burchardus Comites in VVoltigerode anno 1133. quia in annalibus teſtes citantur: Cùm Fridericus* I. *Cæſar ageret Goſlariæ anno 1188. dicitur in literis (vbi teſtis citatur Burchardus Comes in VVoltigerode) aduocatus Eccleſiæ & illuſtris Collegij Gandersheimenſis iſte Comes, cuius frater fuit Hoierus* XIX. *Abbatiſſa Gandershemenſis fuit iſtius Burchardi Comitis in VVoltigerode filia Mechtildis. Cùm abſq; hæredibus morerentur Comites illi, peruenit Comitatus ille ad Comites in VVoldenborch, ideo illi ex eo Cœnobium, religionis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

*cauſa fundarunt. Nam monaſterium illud eſt funda-
tum à fratribus Ludolpho, Hoiero & Burchardo Co-
mitibus in Vuoldenborch, quorum pater dictus fuit
Ludolphus & mater Mechtildis: Sic & illi Comites
ante tria quoq; ſecula in fumum cum titulo diſparue-
runt.*

Vvildeshauſen, *Oppidum & arx, vbi Vuede-
kindi filij & poſteri habitarunt & Collegium funda-
runt teſte Cranzio in Saxonia, qui quoq; tum in Me-
tropoli, tum in Saxonia dicit Vuildeshuſen eſſe Diœ-
ceſeos Bremenſis, quod Nicolaus Comes de Delmen-
horſt, Arhiepiſcopus Bremenſis, Henrico Epiſcopo
Monaſterienſi Comiti nato de Morſe Theodorici E-
piſcopi Electoris Colonienſis, Adminiſtratoris Hal-
berſtadenſis & Padenbornenſis fratri oppignorauit
anno D 1429. Ita hodie in oppidum & arcem noſtro
tempore Monaſterienſes Epiſcopi imperium habent.
Ex quibus vnus Fridericus Comes de Vueida, Erici
Saxoniæ vel Lowenburgici Ducis, vt ſic vocant,
ſucceſſor, & anteceſſor Erici Grubenhagij Ducis &
Franſciſci Vualdechiani Comitis mœnia & aggeres
Vuildeshuſenſis oppidi ex leui cauſa demolitus eſt &
ſolo adæquauit, anno 1529. & locum pagi inſtar ha-
bere voluit, abrogatis prioribus priuilegijs, ſed ea
vrbi pro parte reſtituit Ioannes Comes de Hoya ibi-
dem Epiſcopus ante paucos annos. Poteſt ex antiquis
literis*

literis demonſtrari, quod Comites Aldenburgici & fuerint domini in Vuildeshuſen, & ſe ſcripſerint dominos in Vuildeshuſen. Miror cur Bremenſes non redimant iſtud dominium & ad ſe transferant, quod eſſet ipſis commodum: Eſt etiam & hic quædam mutatio facta, vt nihil eſt in hoc mundo ſtabile.

Z.

Zorbyck, *Ad Salam Comitatus, quem Rupertus Comes in Mansfeldt tunc Epicopus Magdeburgicus anno 1260. adiecit Diœceſi Magdeburgicæ, teſte Cranzio lib. 8 Metrop. cap. 23.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Liber Secundus

DE VETVSTIS TITVLIS ET NOMINIBVS PRINCIPVM, COMITVM, HERO- VM ATQVE ILLVSTRIVM FAMILIARVM,

quæ olim fuere in inferiori Saxonia, Angriuaria & Vveſtphalia, quarum licet Dominia ad aliorum He- roum Secularium regiones translata ſunt, tamen nomi- na ac tituli euanuerunt, nec amplius publicè v- ſurpantur, hiſtorica annotatio (vbi etiam veterum quorundam, non amplius exiſtentium Heroum, genealo- gia recenſentur)

AVCTORE

Hermanno Hamelmanno L. & Superintendente Eccleſiarum in Comitatu Alden- burgico,

VNDE COGNOSCI POTEST quàm ſit miſera & breuis hominum atque etiam po- tentum Dominorum vita, vt in tempore cogitemus de alia in Chriſto vita impetranda.

ANNO M. D. XCII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

AD AMPLISSIMVM, GENERE, SPLENDORE, VIRTVTE, ERVDITIONE ET DIGNITATE ILLVSTREM DOMINVM, DOMINVM HENRICVM RANZOVIVM Regium Vicarium in Ducatibus Schlesvvicenſi, Holſatenſi & Dithmarſia, multorum Dominiorum hæredem ac poſſeſſorem, Satrapam Segebergenſem, patronum litera-rum & literatorum benigniſsimum, Præ-fatio Hermanni Hamelmanni L. in ſequentem librum.

REdeo ad te iam tertiò nobilium decus, Ducatuum Schlesvvicenſis, Holſatiæ & Dithmarſiæ Gubernator, ſagaciſsime, ampliſsime, Produx, Dn. Henrice Ranzoui patrone omnibus ſtudioſis colendiſsime, Cimbriæ Regionis lumen ſplendidum, & adfero ſecundum librum hiſtoricum de interitu multorum Comitum ac Dominorum, vt non minus ex hoc quàm ex priori diſcamus, quàm ſit mortalium, imò etiam potentum huius ſeculi vita caduca, miſera & breuis, vt admonitus quilibet Chriſtianus per hos hiſtoricos libellos cogitet quotidiè, quomodo ſe ſalutariter poſsit præparare ad mortem, & ex hoc vnum agat & ita viuat, quò tandem piè in Chriſto Ieſu obdormiat: Habemus exemplum hominis ſalutariter in Chri-

Chriſto morientis in Geroldo primo Lubecenſium Epiſcopo, de quo Helmoldus libro 1. Chronici Slauorum cap. 95. ſcribit ſic: Audita boni paſtoris (Geroldi Epiſcopi) ægritudine venerunt ad eum venerabiles viri Odo Lubecenſis Eccleſiæ Decanus & Ludolphus præpoſitus Segebergenſis cum fratribus vtriuſq; congregationis, qui cùm lecto ægrotantis appoſiti optarent ei dilationem vitæ ipſe reſpondit, quid precamini mihi fratres, quod inutile eſt? Quantumcumq; viuam mors ſemper reſtat: Melius eſt euiciſſe, quod effugere nemini licitum eſt, etc. Mox clamat autor in hæc verba, O libertatem Spiritus, pauore mortis imperterritam, & addit hæc verba, Inter loquendum dedit nobis lectionē de Pſalmo, Lætatꝰ ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Et ſic ille moritur: qui fuit ſucceſſor Vicelini Epiſcopi laborioſiſsimi: Geroldo ſucceſsit frater germanus Cunradus ibidem conſtitutus ab illo magno Duce Henrico Leone Electore Saxoniæ, vir literatus is erat: cui demortuo ſucceſsit ex ſuffragio bellicoſi & potentiſsimi Erincipis Henrici Leonis Henricus Abbas Brunſvvigæ ad S. Aegidium, vir citra controuerſiam doctus & religioſus, de cuius morte ſic ſcribit Arnoldus Abbas Lubecenſis in ſupplemento Helmoldi, vel libro 3. Chronicorum Slauo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Slauoniæ cap.3. quod moriturus dixerit, Veni ô rex Gloriæ cum pace, de cuius aduentu quaſi iam ſecurus adiunxit, Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala mihi, quoniam tu mecum es Domine. Et ſic ille claudit vitam hanc.

Hoc quoq; vnum, veſtram modò nobiliſs. amplitud. in hoc ſuo graui Senio diligenter conſiderari, mihi perſuaſiſsimum habeo, videlicet vt placidam in Chriſto Ieſu mortem obeat: Ideo meritò hic ſimiliter liber V. generoſæ excell. quæ eſt in hiſtorijs verſatiſsima, à me ſene & cano reuerenter inſcribitur, quem vt eadem pro ſuo in promouenda re literaria, ſtudio & liberalitate prælo ſubijci curet, atq; hoc munuſculum magnificentiæ veſtræ ſingulariter dedicatum hilari fronte ſuſcipiat, ſubmiſſe oro. Scio etenim V. nobiliſs. excell. hoc vnum ſpectare, vt hæc perficiat, hæc ſaltem agat, quæ cedere poſſunt ad gloriã Dei, ad ædificationẽ veræ Eccleſiæ, ad charitatem proximi, ad ſuſtentationem pauperum atq; ad literarum & literatorũ profectum, Ita pergat eadem V. generoſa amplitudo ſe pijs exercitijs, ſanctis precibus, ſalutari piorũ librorum lectione ſalutariter præparari ad felicem in Chriſto Ieſu mortem obeundã, quod vobis & nobis, omnibusq; fidelibus idem Chriſtus noſter Emanuel concedat, cui V. excell. illuſtrem & noſtros commendo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

A.

Adonais, *Fuit proprium dominium olim, vidi in annalibus Cœnobij in Stedersborch in quodam diplomate citari teſtem Theodorum nobilem dominum de Adonais anno 1240. & 1244. in Cœnobij Ringellemenſis antiquitatibus citatur Fredericus nobilis dominus in Adonais anno D. 1308. & hunc credo vltimum fuiſſe, cuius filia elocatur Comiti in Hallermundt, quia iſti ſcripſerunt ſe poſtea Dominos in Adonais: Arcis Adonais reliquiæ extant inter arcem Calenberg & Hallerberg ad pagum Adenſem, quod ab Adonais nomen habet. Sic videmus & hîc mutationem in caſibus humanis, quia & magni cum paruis pereunt & eſſe deſinunt. Vidi regiſtrum omnium beneficiariorum, qui ab hoc domino feuda accepere, antiquum & literis antiquis ſcriptum, quod mihi exhibuit Venerandus vir M. Caſpar Vdenus Canonicus ad S. Blaſium Brunſwigæ ante annos plures quàm viginti tres: Pertinuit ad hoc Dominium oppidum Eldaſſen: Hactenus paruit Duci Brunſwicenſi Erico, patri & filio eius nominis, & dominium & oppidum Eldaſſen nunc ſubeſt imperio Ducis Iulij & eius filij Henrici Iulij Ducum excellentiſsimorum.*

Aslo, *Helmoldus in Chronicis Sclauorum libro 2. cap. 7. dicit de Otthone Comite de Aſle, & capite prace-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

præcedente ait Ducem Henricum Leonem tenere poſſeßiones ut aliorum defunctorum Comitum, ita etiam dominium Otthonis de Aſle, Deinde Cranzius in Metrop. lib. 5. cap. 7. facit mentionem Comitis in Aſlo Henrici & rurſum cap. 23. & lib. 6. cap. 18. ita trina vice facit mentionem Henrici Comitis in Aſlo, & certum eſt alibi ſitum fuiſſe eum Comitatum in inferiori Saxonia, ſed non poſſum ſcire vbi & quo in loco ſit ſitus: Ita & iſti Comites eſſe deſierunt in hoc mundo, in quo nihil eſt ſtabile, ſed omne ruinoſum.

Aſpel, *Proprius Comitatus in Cliuenſi Ducatu ad viciniam vrbis Reſij, vbi adhuc arx eius nominis hæret, & pertinuit Reſium ad illam Comitatum, & hodie ibi adhuc dicitur* das Land Aſpel: *Verùm quisnam ex iſtis Comitibus adhuc reſtat? Ideo omnia ſunt mutabilia & fragilia in hoc mundo.*

Altena, *Comites de Marcka ſcribebant ſe olim Comites de Altena, & eſt adhuc ibi in eo Comitatu de Marcka, oppidum & arx dicta Altena verſus Surlandiam, vnde nomen habebant & diu ſibi eum titulum vſurparunt: Nam Adolphus* V. *Comes de Altena fuit primus Comes de Marcka fundator vrbium Hammonis & Blanckenſtenij, qui vixit*

circa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

circa annum Domini 1226. poſteri interdum ſcribebant ſe Comites de Altena, alij de Marcka, & quando primus de Marcka Comes Adolphus fieret Cliuiæ Comes, ab eo tempore ſe ſcripſerunt ſemper Comites de Marcka. Et quia cum fratre Engelharto diuiſerat Comitatum de Marcka, & ille diſcederet abſq; literis, peruenit ita ad Cliuenſes hic amplus Comitatus: & hic obijt anno D. 1389. Iſtius autem filius eiuſdem nominis eſt exaltatus in Ducem in concilio Conſtantienſi.

Artz, *Nunc dicitur Artzen præfectura ampla, fuit olim proprius Comitatus, ab hac parte verſus VVeſtphaliam circa flumen Viſurgis ad milliare vnum à ciuitate Hamelonia ſitus, in vicinia Comitatus Sternebergici & Lippienſis, Et fuit Theodori eius nominis I. Comitis in Honſtein coniunx nata Comitiſſa in Artz nomine Hedwig circa annum D. 1233. Poſtea hic peruenit cum præfecturis Ozen & Groin huc pertinentibus ad Eberſteinicos Comites per pacta dotalia. Sic mutantur diuerſis vicibus quæ poßidentur ab hominibus. Dux militum vel Capitaneus Helmarus à Monichhuſen hoc caſtrum ſibi oppignoratum noſtro tempore habuit, & poſtea eius filius Ioannes: Modò ad ſe recepit magnus ille Dux Iulius Artzen præfecturam, quàm modò eius filius Henricus Iulius obtinet.*

Anuor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Anuorden, *Comitibus circa mare vel ſtagnum Elmendorff in veteri Comitatu Aldenburgenſi fuit, nam ſic legitur in annalibus noſtris, quòd Elimarus Comes de Aldenborch tradidit in vxorem filiam Beatricem nobili domino de Anuorden Friderico Comiti moranti in Elmendorff: Vbi mare vel ſtagnum eſt amplus piſcibus varijs abundans, & is locus ſitus eſt in Amerlandia, & modò paret inclytis Comitibus Aldenburgicis.*

B Litera.

Beick, *Proprium dominium Vueſtphaliæ & exiſtit adhuc arx non procul ab oppido & arce Scerenberche in Ducatu Cleuenſi: In Eccleſia illuſtris Collegij Aßendienſis fuere Canonicæ videlicet anno D. 1396. Eliſabeth & Scennike (alias Fenniken) natæ de Beick, & vltima ex ea familia fuit alia Eliſabeta, Abbatiſſa ibidem anno 1420. quæ plurima bonorum ſuorum tranſtulit ad Eccleſiam Aſſendienſem: Sed iam dominium ad ſe tranſtulere Principes Cleuenſes. Sic & hîc conſideratur mutatio. Ita noſtro tempore familia Comitum de Beichlen in Thuringia interijt.*

Badenſtein, *Vidi in antiquißimis literis ſcriptis anno 1191. quòd inter Poppenburgicos & VVallenburgicos Comites citetur & ponatur teſtis Hermannus nobilis dominus in Badenſtein, In terra Eickes-*

neldia eſt hodie arx eius nominis, quam obtinuere hactenus nobiles de Vuinzingerode & Scharffenſtein, an ibi is fuerit Comitatus & dominium, ignoro. Interim omnia ſunt mutabilia, vt etiam hinc apparet.

Brene, Nunc Cœnobium, olim arx & antiquus Comitatus ad duo miliaria ab vrbe Halla: Gero Comes in Brene, Item Vuilhelmus, Theodorus Guntherus, Oda, & Berilia, filij & filiæ eius, qui vixere anno 1136. recenſentur in literis ſcriptis. Fridericus Comes in Brene cum Helwiga Comitiſſa genuit Otthonem, qui ex Comitatu anno Domini 1200. Cœnobium condidit, & in eo anno Domini 1213. ſepelitur, vt Hoppenrodius refert: Verùm iſti Comites iam vltra trecentos annos eſſe deſierunt, vt nihil eſt in hoc mundo ſtabile, & ita omnia vergunt ad interitum.

Bommeneborch, Fuit proprius ſed paruus Comitatus & rudera ex fundamento arcis reperiuntur propè vrbem Northeim in monte, qui adhuc dicitur, Die Bommeneborch. Et Giffridus vel Siffridus Comes in Bommeneborch contulit multa bona Cœnobio Benedictino in Northeim, vt ex regiſtro vidi antiquo eius Cœnobij: Anno 1188. Dicitur in literis antiquis Siffridus Comes in Bommeneborch aduocatus Eccleſiæ Gandershemenſis: Illi præterierunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

runt nec amplius ſunt, imo arx Bommeneborch eſſe deſijt, tempus edax rerum & omnia conſumit ærumnoſa vetuſtas. Vidi Chronicon Rithmicum, quod refert Otthonis ex Bauaria eiecti patrem Siffridum Comitem de Brumenborch fuiſſe, hunc cenſemus eundem fuiſſe, cuius Otthonis filius creditur eſſe Henricus Craſſus, qui ſe ſcribebat Comitem in Northeim, & is in Phryſia Nordæ interijt vt ſcribit Cranz. : Omnia illa videlicet vrbs & Comitatus Northeim, & ille locus vbi arx Bommeneberg fuit, olim vtriq; Duci Erico ſeniori & Erico iuniori ſubfuerunt ſic, modo ſubſunt auguſtiſſimo Duci Iulio & eius filio Henrico Iulio Principi illuſtriſſimo.

Borchvvedel, *Proprium fuit olim dominium (& nunc paret pijſſimo Duci Lunæburgico D. VVilhelmo & eius maioribus paruit) ad duo milliaria ab vrbe Hannobera ſitum eſt, iam locus & pagus ita dictus adhuc ibi exiſtit : Nam parochiæ Borchwedel, Iſenhagen, VVitmer & alij pagi vicini paruerunt Comiti in Borchwedel. Vltimus Comes dicitur fuiſſe Bernhardus Comes in Borchwedel. Sic ille cum ſuis maioribus in fumum diſparuit, ſicut eſt homo cum ſua proſapia vt bulla.*

Borchtorff, *Arx & oppidum in Lunæburgenſi Ducatu eſt, & dicitur in Rithmico Chron. Sax. quod*

Ecbertus Marggrauius Saxoniæ, dominus in Brunſwick poſt mortem vltimi Comitis in Borchtorff, trãstulerit Comitatum illum ad ſe: Eſt in terminis Comitatus Pein, & præfecturæ arcis Cellanæ, ſed paret illuſtriſſimis Principibus Lunæburgicis: Interim obliuioſa vetuſtas multa obliuioni tradidit, & quæ aliquando valuerunt, ruunt in nihilum, vt non ſint.

Ballenſtet, Comitatum antiquiſſimum Saxoniæ eſſe oſtendit Hoppenrodius ex Erneſti Brottauffij genealogia, & ex Comitibus de Ballenſtet, vt ſcribit, deſcendunt Principes Anholdini, qui adhuc illum Cotatum de Ballenſtet obtinent, ſed eius titulum non vſurpant.

Badevvide, Fuere aliquando in terminis Holſatiæ vel in vicinia Comites de Badewide, ut annales teſtantur, & ſimul Cranzius alibi ſcribit: Et facit mentionem Henrici Comitis de Baldewide Helmoldus in ſuo Chronico Sclauorum lib. 1. cap. 15. & cap. 55. & 57. fit eiuſdem mentio & ſcribitur ibi quòd Gertrudis mater Henrici Leonis dederit Henrico Comiti de Badewide Vuagerenſium prouinciam, ideo fuit iſte Comitatus ſitus verſus Holſatiam: Sed quia ille Comitatus deſijt, ſic & Comites eius nominis non amplius exiſtunt, adeo ſunt ruinoſa vniuerſa.

Broickhauſen, Comitatus duplex, & vterq; ſitus olim fuit inter Comitatus Aldenburgicum & Hoyenſem,

yenſem, & iſti originem traxerunt à Comitibus Aldenburgicis, ſicut in noſtro Chronico Aldenburgico prolixius demonſtraui: Dixi duplicem fuiſſe Comitatum, videlicet Altenbroichauſen & Nienbroichauſen, & ſicut hactenus apparuit, habuere etiam diuerſa inſignia, ſicut etiamnum hodie ſunt diuerſa caſtra. Altenbroichauſen arcem tanquam Victilicium & loco vſus fructus cũ prædio in Hilgenberge (ubi olim Cœnobium fuit) obtinet & poßidet pijßima & nobiliſſima matrona & vidua D. Alberti præſtantißimi Comitis Hoyenſis, D. Catharina ſoror dominorũ meorum clementißimornm & inclytorum Comitum de Aldenborch & Delmenhorſt, Vt D. Ioannis & Dn. Antonij, olim Comitatui Altenbroichauſen ſubfuit præfectura Seick, quæ moriente vltimo Domino in Marckenſtede, ad eum peruenit Comitatum per pacta dotalia: Nienbroichauſen Comitatui ante ſecula olim dicitur ſubfuiſſe præfectura Harpſtede, quæ hodie (ſicut etiam eis ante plures quàm centum annos paruit) paret legitimis medijs illuſtribus dominis & Comitibus de Aldenborch & Delmenhorſt. Albertus Cranzius meminit in Metropoli libro 8. cap. 20. Epiſcopi Bremenſis Hilleboldi nati Comitis in Broichauſen, qui vixit anno D. 1257. & ut ſcribit Andreas Hoppenrodius, perijt in pugna Vuinſemenſi quidam Comes in Broichauſen, Et in manuſcripto Chro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nico noſtrorum Comitum Aldenburgenſium legimus quomodo in Phryſia ſimul occubuerit Cunradus Henrici filius Comes in Broichauſen. Item apud Ioannem Sciphoverum inuenio copiam literarum datarum ab Otthone & Chriſtiano Comitibus in Aldenborch, quando ex mera liberalitate virginibus in Baſſenbrugge ius patronatus ſuper Eccleſiam in VVeſterſtede contulerunt anno D. 1251. quod coram teſtibus eſt factum, inter quos recenſetur Henricus nobilis dominus de Broichauſen. Cùm verò Comes in Altenbroichauſen eſſet per Comites Hoyenſes & Epiſcopum & oppidanos Bremenſes extenuatus, & in anguſtias redactus, eum quoq; inuaſit Comes de Neienbroichauſen Henricus, & eum ſuo Comitatu eiecit, & exuit, ut in exilio, mortua antea coniuge abſq; liberis quoq; vitã finiret: Henricus verò cum careret liberis quoq; vendidit Comitatum vtrumq; Comitibus de Hoya, qui poſt eius mortem eum inuaſerunt, obtinuerunt & titulum ſibi vſurparunt, qui iam cum eis periÿt. Plura & lectu vtilia de his Comitibus & eorum nominibus deſcripſeram ex quodam Miſſali, quod mihi Secretarius quinq; Comitum Hoyenſium Ioannes Varenholtius vir ſenex, induſtrius & popularis meus communicabat, ſed illam chartam vis fluminis in quo periclitabar, mihi eripuit ante annos ſeptendecim. In his omnibus conſiderandæ ſunt viciſſitudines & mutationes temporum, rerum, locorum & hominum:

num:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

num: Verùm vt illi Comites perierunt, & tunc eorum bona & tituli ad Hoyenſes Comites tranſierunt, ſic noſtro tempore cum titulis Hoyenſes Comites euanuerunt. Hæc eſt mundi conditio.

C.

Calenberg, *Eſt arx munita in Ducatu Brunſwicenſi, quæ paruit Duci Erico ſeniori & mox iuniori, & iam ſubeſt potentiſſimo Duci & Principi Iulio, & poſt illum filio ipſius æquè potenti & sereniſſimo Dn. Henrico Iulio: Diſtat ad milliare ab vrbe Hildeſia, & ſcribit Cranzius aliquoties Barones fuiſſe de Calenberg, vide inprimis in Saxonia libro 11. cap. 12. quod tamen mihi non videtur veriſimile, fuerunt & adhuc ſunt nobiles dicti de Calenberg, &c. Quicquid iſtorum eſt, tamen in ea arce conſpecta eſt variatio quædam.*

Dannenberg, *Fuit proprius Comitatus, qui nunc eſt ſitus in Ducatu Lunæburgenſi, & arx eius Comitatus iam poſſidetur ab Henrico Duce Lunæburgico Vuilhelmi fratre. Arx & oppidum Dannenberg hodie adhuc exiſtit cum pertinentijs: Huic Comitatui ſubfuit Præfectura & oppidum Hiczacker. Quod verò fuerit proprius Comitatus, legi in literis certificationis cuiuſdam Cœnobij, anno Domini 1232. vbi citatur Cunradus Comes de Dannenberg. Cranzius fecit horum Comitum mentionem*

tionem in Saxonia lib. 6. cap. 44. & libro 10. cap. 3. vbi dicitur, quomodo ad Lunæburgicos Duces hic Comitatus peruenerit: Anno D. 1196. vixit Henricus Comes in Dannenberg, qui alibi citatur teſtis: Arnoldus Abbas Lubecenſis in ſupplemento Chronici Sclauorum, lib. 6. cap. 17. facit mentionem Henrici Comitis de Dannenberge & antea lib. 3. cap. 1. ſit in genere alicuius Comitis in Dannenberg mentio: Interim & iſti Comites cum titulo deſierunt, vt nihil eſt in hoc mundo diuturnum.

Depena, *Fuit aliquando arx in Ducatu Lunæburgico in vicinia arcis & oppidi Borchtorff: Et poſtquam adhuc arx & præfectura eius nominis exiſtit hodie in Comitatu Hoyenſi, in vicinia Diœceſeos Mindenſis, cenſent alij, ibi vixiſſe dominos in Depena, inuenio enim in antiquis literis, quòd fuerit Cono dominus in Depena, qui teſtis citatur anno domini 1339. Vbinam ille vixerit, & ſedes habuerit, an in terra Lunæburgica vel in ditione Hoyenſi, planè ignoro. Puto tamen huiuſmodi dominium in Ducatu Lunæburgico habitaſſe: Poteſt etiam fieri, ut vtrobiq; eius nominis arcem habuerit & vtramq; poſſederit dominus de Depena. Interim hi Domini cum ſuo titulo euanuerunt, & locus alij ceſſit ſic in hoc mundo nihil eſt diuturnum.*

Daſenberg, *Fuit proprius Comitatus in Harcinia,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nia, anno D. 1164. VVedelindus Comes in Daſenberg teſte Cranzio libro 6. Saxoniæ cap. 20. vixit: cuius etiam meminit Helmoldus lib. 2. Sclauorum Chronici cap. 7. qui vocat huncVVedekindum dominum de Daſenberg: Huius arcem obſedit Henricus Leo, & tandem deſtruxit arte quadam. Vide eundem eodem lib. ca. 26 & Helmoldum in ſua hiſtoria. Paucæ arcis reliquiæ in Harcinia non admodum procul ab vrbe Northauſen extant: Sic domini, ſic tituli huius nominis perierunt, ſic arx in nihilum redacta eſt, ut hîc ſunt omnia ruinoſa.

Deſſavv, Proprium olim dominium fuiſſe antea dictum VValderſche (quod poßident Principes ab Anhold, quanqunm de eo nihil in titulo gerant) ſcribit Hoppenrodius: Interim illorum dominorum obliuio facta eſt, vt ne nomen eorum extet.

Dinxsklage, Propria ciuitas & arx in vicinia Dulsbergenſis vrbis in Ducatu Cliuenſi ad Rhenum: Iam inter Comitatus VVeſtphaliæ numerat VVernerus Roleuingius Dinxſtlacke: exiſtimant nonnulli ſicut dominia Diſt, Niſſaw & Hinsborch per coniugalem contractum ad Ducatum Iuliacenſem peruenere, ita & Dinxſtlacke perueniſſe per dotalem pactionem vel pactum ad Ducatum Cliuiæ: Et memini me legere ante 40. annos literas Ducis Cliuenſis, Ioannis huius VVilhelmi ſenioris aui ante centum annos ſcri-

ptas, vbi ſic habebatur in vnſerm Lande Diuxſtlacke/ En quomodo iſti Comites cum titulis euanuerunt, quia omnia ſunt hîc caduca.

Dortmunde, *Fuit olim proprius Comitatus in VVeſtphalia, ut idem Roleuingius ſcribit, & fuit is ſitus in medio ampliſsimi Comitatus de Marcka: Tremonia vel Dortmunde vrbs modò Imperialis (quæ Comiti Tremonienſi olim ex parte paruiſſe dicitur, vbi & portam & arcem habuit iſte Comes) Iam ad ſe potiorem partem Comitatus huius tranſtulit ciuitas Tremonienſis & ſenior conſul nomine ciuitatis: Solet feuda iſtius Comitatus ab Imperatore impetrare. Gobelinus perſona in ſuo Coſmodromio dicit quendam nomine Hagmannum tempore Otthonis fuiſſe dominum in Tremonia & fuit Comes Tremoniæ vel in Dortmunde in caſtris Cunradi de Berga Epiſcopi Monaſterienſis contra Epiſcopum Oſnaburgenſem Lodouicum à Rauensberg Comitem, anno D. 1306. Cùm vero alij hoc nominent Treitmont (ut Pirmont) putant quaſi primus hic Comes venerit ex Gallijs cum Carolo Magno in VVeſtphaliam, tamen iſta familia horum Comitum tandem defecit, & cum vnica filia poſtremo maſculo Hæredi horum Comitum ſupereſſet, elocabatur vni ex nobilibus de Stecken, qui ſe poſtea cum poſteris ſcripſere Comites in Dortmunde, & tandem duo fratres de Stecken Goſwinus & Ioannes facta diuiſione*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

diuiſione, ita conuenerunt, ut Goſwinus eſſet Tremoniæ Comes & alter obtineret dominium Meyrich propè Dusberg & Satrapiam in Boldenitz propè Aßindiam: Vltimus ex nobilibus de Stecken vendidit dimidiam Comitatus partem urbi Tremonienſi, & mortuus ſepelitur in ſua parochia Lindenhorſt, eius unica relicta filia N. elocatur rurſum uni ex nobilibus de Stalen, qui cum ea conſequitur arcem & bona Icker (Icker erat Tremonienſis Comitatus præfectura) & ex illo Stalio rurſum unica filia N. ſuperſtes fuit, quæ uni ex nobilibus de Bolſchwinclel elocata eſt, ex qua natus eſt VVernerus à Bolſchwinckel, qui arcem Icker adhuc, ut veterem Tremonienſium Comitum ſedem obtinet cum ſuis hæredibus. Interim hîc mirandum, quàm varia ſit in hoc Comitatu mutatio facta. Nunc ad hoc, nunc ad illud peruenit, ut nihil aliud ſit hic in terris quàm ipſa miſeria. Senatus Tremonienſis adhuc ſcribit interdum, in vnſer Graffſchafft Dortmundt. *Sed poterit de eo Comitatu aliquid certius dare doctißimus & nobilis vir Dn. Caſparus Schwartzius Tremonianæ urbis patricius. Henricus* II. *Cæſar celebrauit conuentum celebrem Tremoniæ teſte Cranzio in Metropoli lib.4.cap.4. & ſcribit Ioannes Schiffwer in Chronico Aldenburgenſium Comitum cap. 7. quòd Fredericus* I. *celebrauerit in Tremonia Comitia, & Epiſcopis ibi Monaſterienſib. multa contulerit.*

Vrbs Tremonia vetus & celebris ad plurimos ſemper annos annumerata eſt ciuitatibus imperij, & propterea Imperialis meritò dicitur, vt eſt vetus celebris & antiqua vrbs.

Danckvverrode, *Iam inter Brunſwigam & VVolffenbutel pagus exiſtit, fuit olim eius nominis proprium dominium: cuius titulum domini in Brunſwig gerebant olim teſte antiquo Saxonum Chronico. Tanquardus filius Ludolphi Ducis Saxoniæ aui Henrici Aucupis fuit conditor arcis Tanquerode propè Brunſwigam vt ex antiqua ſcripta genealogia Ducum Saxoniæ cognoſcimus.*

Deipholt, *Comitatus, cuius vltimus maſculus hæres Fridericus mortuus eſt. anno D. 1585. Et genealogiam iſtorum Comitum dedimus libro 1. illuſtrium Comitum. Iam verò tranſijt iſte Comitatus ad Ducatum Lunæburgenſem demortuo Friderico vltimo maſculo hærede iuuene anno D. 1585. meo tempore vixerunt quinque Comites Deipholiani, & iam omnes interierunt: Adeo ſumus nos homines fragiles & caduci, & ex illa fragilitate non excipiuntur potentes. Albertus Cranzius in Vandalia lib. 8. cap. 42. dicit duos Comites Deipholdianos alibi in pugna quadam perijſſe.*

E.

Eberſtein, *Ampliſſimus Comitatus in Ducatu Brunſ-*

Brunſwicenſi, ex quorum Comitum proſapia deſcendunt Domini de Newgarden in Pomerania. Interim cum commiſſum homicidium in templo Amelesburnenſis Cœnobij perpetraret Comes Ottho de Eberſtein in necando Henrico vltimo Domino in Homborg ſuo vicino ſub ſacris & diuinis: Statim hunc Otthonem eiecit circa annum D. 1425. VVilhelmus bellicoſus dictus Godes Koc Dux B. & L. atq; tanquam ſuum feudum tam amplum Comitatum inuaſit & obtinuit, cuius Comitatus præfecturæ ſunt ampliſſimæ vt Forſt, Furſtenberg, Ottenſtein, Oſen, Groin Arzem & Poll: Deinde ciuitates Hamelunga Boemwerda. Hunc ab illius bellicoſi VVilhelmi morte Comitatum obtinuere, eius filij Fridericus & VVilhelmus iunior, Item huius VVilhelmi iunioris filij Henricus ſenior & Ericus ſenior, deinde Henricus iunior & Ericus iunior: Quibus demortuis peruenit iure hæreditario ille Comitatus amplus ad Ducem Iulium excellentem Principem filium Henrici iunioris, & ad Ducis Iulij filium Henricum Iulium Principem eruditum, excellentem. Interim & in hoc Comitatu videmus mutationem.

F.

In ea litera nihil inuenio

G.

Gottinga, *Hoppenrodius oſtendit ex Chronico* Inſignia ſunt antiquũ G.

Saxonico Chronico quod Gottingæ (quæ nunc eſt munita vrbs & ampla, hactenus parens Erico vtriq; Duci Brunſwicenſi, nunc verò potentiſſimo Duci Iulio & eius filio Henrico Iulio præſtantiſſimo Principi ſubeſt) fuerit Comitatus & quòd ille comitatus anno D. 1110. caruerit hærede & domino, & ideo tunc eũ inuaſerit Dux Saxoniæ Lotharius & ſuæ ditioni adiecerit: Sic ruunt potentes, adeò vt hic ne nomen huius Comitis amplius exiſtat. De Gottingentibus vide Cranzium in Saxon. lib. 10. cap. 7. & 14. & libro 12. cap. 1. 36. & 38. & lib. 13. cap. 5. Terra confinis vrbi adhuc dicitur, das Gottinger land.

Gethlede, *Pagus ita dictus ſubeſt modò præfecturæ in VVolffenbuttel, propè Cœnobium Stedersberg, inueni in Cœnobij iſtius Archiuis & alibi, quòd nobilis Dominus Eberhardus de Gethlede anno D. 1218. adducatur teſtis, credo minorem Baronatum fuiſſe: Sed ecce quomodo ille Baronatus euanuerit?*

Gutersvveich, *Fuit olim proprium dominium in Ducatu Cliuenſi, & ex horum Dominorum in Guterswig familia originem trahunt Comites in Benthem, teſte Erthwino Erthman in Chronico Oſnaburgenſi: Quia Euerwinus dominus de Guterſwig vnicam Comitis Benthemenſis filiam N. ducit & ſic fit cum ea poſſeſſor totius Comitatus Benthemenſis, & ab illo de-*

ſcen-

ſcendunt Comites poſteri. Hodie Guterswick diſtat ad dimidium milliare ab vrbe VVeſalia, & maior pars bonorum iſtius Dominij iam detinet Collegium Canonicorum in Reſſio vrbe Cliuorum: Ideò & hîc eſt mutatio obſeruanda in hoc dominio. Fuerunt in inferiori Saxonia ad Vandalicas partes Comites de Gutkow ut teſtatur Cranzius libro 9. Saxoniæ cap. 9. ſed quo euaſerunt? abierunt in ſpongiam.

Grunberge, *Fuit olim proprius Comitatus in Comitatu Hoyenſi propè pagum Nienkercken ſub præfectura Ernborch, & dictus eſt vltimus Comes Fridericus de Grunberge, cuius effigies vel monumentum adhuc extat in parochia Nienkercken. Cùm autem iſti Comites cum titulo in fumum diſparuerint, & poſtea quicquid iſtius Comitatus erat ad ſe Comites Hoyenſes transferrent, quid iam ipſi habent? Tranſierunt quoq; & omnem regionem ſuam alijs ceſſerunt.*

H.

Hahenvverdt, *Pagus ad Odacrum flumen inter Brunſwigum & Vuolffenbuttel, vbi aliquando antequam vrbs Brunſwiga eſſet, habuerunt ſedem Marchiones Sax. Sic Bruno ſcripſit ſe Marchionem Saxoniæ & dominium in Hohenwerdt & Meluerode, de qua re vide Cranzium lib. 4. Saxoniæ cap. 27. Iam hoc*

hoc Dominium ex titulis euanuit, & arx deſtructa eſt.

Hammenburg, *Comitatum fuiſſe ſcribit Helmoldus & Arnoldus Abbas Lubecenſis, Helmoldus lib.2. cap.6 meminit Siffridi comitis de Hammenborch: Credo quod fuerit Hamburgh, interim ignoro, quis & qualis is fuerit Comitatus, is peruenit poſtea ad Ducem Heinricum Leonem.*

Hammerſtein, *Lutgardis Comitis de Hammerſtein filia, fuit Abbatiſſa in Ganderſheim, ſed vbi ſit vel fuerit Comitatus ille ignoro: Exiſtimant quoq; arcem antiquam dictam Hartenſtein, quæ ſub præfectura VVetter in ampliſsimo comitatu de Marcha ſita eſt, habuiſſe olim proprios Dominos, & alij putant Nobiles de Breneten ſe ſcripſiſſe olim Dominos in Hartenſtein: ſed nihil certi habeo, &c. Interim appar & hîc quoq; mutatio.*

Harborch, *fuiſſe Baronatum aliquot Nobilium ſcribit Crantzius lib.10. Saxoniæ, qui cum prædones & pyratæ eſſent, ſunt turbati, & arx Harborch eſt occupata ab Alberto Lunæburgico Duce. Quam hodie Ottho Dux Lunæburgicus Princeps ſapiens & doctus hæreditario iure poſsidet cum ſuis: Attamen & hic apparet mutatio, quia illi Barones perierunt cum titulo.*

Hallermundt, *Fuit olim egregius Comitatus quaſi*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

quaſi os fiuuij der haller/ita & oppidum & arx Hal-lerſprinck pertinuit ad hunc Comitatum, quod contractè dicitur hodie oppidum Sprinch. Ubi adhuc eſt præfectura: Arx Hallermundt in monte inter oppidum Springe & oppidum Pattenſen, ſita fuit vbi adhuc noſtro tempore fuit ſacellum marmoreis Columnis ornatum, tandem partem reliquiarum Sacelli iſtius emerunt ciues in Pattenſen, & inde curarunt ſibi curiam adornari, Inſignia Comitatus fuere tres roſæ: Pertinuit præfectura ad hunc Comitatum dicta die Hechmöle/Item & arx Hallerborch, cuius præfecturæ bona iam ad arcem Calenberg ſunt tranſlata: Horum Comitum fit mentio apud Arnoldum Abbatem Lubecenſem in ſupplemento derelictorum Helmoldi lib. 1. cap. 32. videlicet Ludolphi & fratris eius VVilbrandi Comitum de Hallermundt, deinde apud Cranzium in Metropoli lib. 6. cap. 42. lib. 11. cap. 42. & in Saxonia libro 6. cap. 39. & libro 12. cap. 31. Ego vidi regiſtrũ feudorum, quæ ab illis Comitibus accipere olim ſolebant beneficiarij iſtius Comitatus: Ultimi eius ſtirpis Comites erant Ottho & VVilbrandus, qui primò fuit Abbas in Corbei, & deinde Epiſcopus Mindenſis, &Otthonis coniunx erat Speigelburgica, & poſtremò feuda ſuis ratificauit beneficiarijs & vaſallis Ottho Comes anno D. 1407. Sed is abſq; hæredibus anno D. 1424. moritur (Sic humana miſeria conſideratur etiam in

Inſignia ſunt tres albæ roſæ.

q poten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

potentibus qui ita ruunt) Et quia frater VVilbrandus factus erat leproſus & erat initiatus Præsbyter & conſecratus Epiſcopus, ideo de cōſenſu fratris Vuilbrandi Comes Ottho, qui ſororem Comitis Philippi de Speigelborch & duxerat & ſuam eidem elocauerat ſororem in coniugem tradit arcem munitam Die hach möllen, & deinde aliam dictam Hallermundt, Philippo Speigelburgico tradidit, ſed cum Comitatus ille eſſet beneficium ac feudum Ducis Brunſwicenſis, ecce mox bellicoſus ille VVilhelmus Dux Brunſwicenſis dictus Gades Koe abauus Ducis Iulij violenter inuaſit arcem Hallermundt & Halborch, ſed munitionem Hachmolen obſedit & poſitis aggeribus ita flumen Hamel, ibi impediuit, vt aquarum copia ad deditionem cogerentur in ea obſeßi. Sic eijcitur Speigelburgicus. Ita omnes tres arces deſtruit bellicoſus VVilhelmus Dux, & hactenus Dux Brunſwicenſis Ericus Iunior occupauit dum viueret illum amplum Comitatum, qui olim tres egregias præfecturas habuit: Poſt eum hæreditaria ſucceßione ad potentißimum Ducem Iulium & eius filium verè eximium Principem Henricum Iulium peruenit.

Hoinborch, Dominium vel Comitatus in Ducatu Brunſwicenſi eſt, & arcis Homborch mœnia & turrim vidimus in monte propè Cœnobium Amelesbornen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

bornen (Etſi ſit aliud caſtrum quoq; in Haßia eius nominis videlicet vrbs & arx Landgrauijs parens ac deinde rurſum aliud ſit & in terminis quoq; Haßiæ. Dauon ſich ſchreibendie Graffen von Wittgenſtein/als Ludwig vnd Jurgen Graffen zu Wittgenſtein Herrn zu Hoborg) *Sed ad hunc Comitatum vel Dominium pertinuit amplißima arx & Lowenſtein (quam præſtantißimi nobiles de Salderen vltra centum annos ipſis oppignoratam poßederunt, eamq; nuper tradidit illuſtrißimo & potentißimo Duci Iulio & eius hæredibus Henricus à Salderen vir inter nobiles præcipuus.*

Grein, *In vicinia ſita, fuit Homburgici Dominij præfectura, Iam eſt arcis Homborg præfectura ad locum VVickenſen in planitiem tranſlata ab Henrico iuniore Duce Brunſwicenſi patre D. Iulij & auo Henrici Iulij & continet in ſe vel 30. pagos ferè. Subfuit & ſubeſt huic dominio oppidum Oldendorff & dimidia pars ciuitatis Boumwerder, Item oppidum Lowenſtein & Hemmentorff: Quod Caſpar Bruſchius de eo refert quaſi quidam Hildeſimenſis Epiſcopus ad ſe hunc Comitatum tranſtulerit, & poſtea in feudum alijs contulerit tempore Friderici I. non eſt veriſimile. Nam vidi auſcultatã copiã literarũ*

ratificationis ab Abbatiſſa in Gandersheim Sophia de Brunſwig in Grubenhagen, communicatarum Bernhardo & Otthoni fratribus & Ducib. de Brunſwig & Lunæburg, in eum euentum anno D. 1409. ut tunc illi eſſent hæredes & Domini in Homborg, ſi nobilis Dominus in Homborg Henricus abſq; hæredibus decederet, ideo iſtius Comitatus maior pars fuit feudum Abbatiſſæ in Gandersheim, & ibi quoq; recenſentur præfecturæ eius vt Grein & Lowenſtein. Anno D. 939. fuit in campo equeſtri Magdeburgi Georgius dominus in Homberg, Item anno D. 996. Brunſwigæ fuit in certamine equeſtri Henricus Dominus in Homberg, & Gottingæ anno D. 1119. Ioannes dominus in Homberg. Henricus Dominus vel Dynaſta in Homberg Domini Theodori filius, & Hermanni Dynaſtæ in Homborg frater eligitur in Abbatem Corbienſem anno 1271. Vltimi Heroes iſtius ſtirpis fuere Bado, qui ſua feuda diſtribuit beneficiarijs anno D. 1345. cuius coniunx erat Anna de Eberſtein, huius filius erat Sibertus & Ioannes qui poſterior in expugnatione Lunæburgicæ vrbis cecidit anno D. 1371. Siberti coniunx erat Cunegundis domina de alto fago vel de Hogenbochen/ & huius filius Henricus cum Schaneta Comitiſſa Naſſouica nullam reliquit hæredem: Beneficia vel feuda diſtribuit Sibertus pater anno D. 1372. & filius Henricus anno D.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

no D.1391 ſicut ex regiſtro feudorum iſtius dominij, aliquando mihi à venerando viro Caſparo Vdenio Canonico S. Blaſij Brunſwigæ communicato cognoui: Hic Henricus vltimus nobilis Dominus in Homberch eſt ab ipſo Comite Otthone de Eberſtein, in ſacro templo Cœnobij Amelsborne ſub ipſis ſacris (O miſeria humana!) occiſus, & ita ſibi malè conſcius Eberſtenius aufugit ex ſuo Comitatu, & ſic peruenit dominium Homborg ad Duces Brunſwicenſes ſub V Vilhelmo bellicoſo, qui etiam ut ſuum feudum inuaſit Comitatum Eberſtein: Modo Dux Iulius & poſt illum filius Dux Henricus Iulius poßidet præfecturam Homborch, (quæ Hodie eſt Vuickenſen) & Greni præfecturam huc pertinentem: Lowenſtein arx & præfectura ut ſubfuit per plurimos annos Egregijs nobilibus auo Henrico, filio Burchardo & nepoti Henrico à Salderen, ita iam ad ſe eam recepit ampliß. & potentiß. Dux Iulius, ipſius Celß. eam tradente hactenus iſtius arcis poſſeſſore Henrico à Salderen Burchardi filio. Quam hoc anno 1589. Ducis Iulij filius Dux Henricus Iulius Princeps glorioſus & Inclytus poßidet: En quomodo hîc vltimus hæres & nobilis Dominus Hombergicus cum ſuo titulo interijt? Sic multi intereunt, ſic tranſit gloria mundi.

Hartersburg, *Fuit olim proprius Comitatus ad ſyluam Harciniam, vbi caſtrum & oppidum adhuc*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

extat, quod obtinent Duces Brunſwicenſes dicti differentiæ cauſa de Grubenhagen, & in ſupplemento Chronici Helmoldi præsbyteri dicit Abbas Lubecenſis Arnoldus libro 1. cap. 32. quòd Ludolphus Comes de Hartesburg extiterit, Item libro 6. cap. 5. facit mentionem Hermanni Comitis de Hartesburg, & eiuſdem fit mentio poſtea cap. 7. ſed vide mi lector quomodo illi Comites interierint cum titulo & Comitatum aliis reliquerint nominibus interim eorum in obliuionem traditis.

Hardeck, *Fuit arx in ditione & terra Gottingenſi in eo loco, vbi nunc eſt oppidum & arx Hardaſſen, quæ fuit patria Ioannis Spangenbergij, & tres Burchardi nobiles Domini de Queruorde, & Burcgrauij in Magdeburg, ſcripſere ſe dominos vel Comites in Hardeck quod putant nonnulli illud fuiſſe, quod eſt ſub Duce Erico, & iam ſub Duce Iulio & eius filio Henrico Iulio, vt dixi, Dominium: Sunt etiam Comites de Hardeck in Auſtria. Sic & hîc videtur mutatio aliqua non leuis eſſe.*

Hackeborn, *Fuit proprius Comitatus in terminis Mansfeldici Comitatus, & ſcripſerunt ſe teſte Hoppenrodio Dominos in Hackeborn. Albertus anno D. 1230. & rurſum huius filij Albertus & Lodouicus Domini in Hackeborn, anno 1270. & ex Lodouico nati ſunt Albertus Fridericus & Sophia, qui vixere anno*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

anno 1297. & *Alberto natus Albertus, qui vixit Anno D.* 1299. *Plura habet de hoc Comitatu Hoppenrodius. Sic etiam ante paucos annos Principes Hennebergici in Franconia extincti ſunt, ex quibus noſtro tempore vixit pater Vuilhelmus, & vixerunt duo filij Poppo & Georgius Erneſtus, qui omnes abſq; hæredibus mortui ſunt.*

Hoya, *Comitatus amplus, qui ab antiquo fuit diuiſus: Situs eſt autem inter Diœceſes Bremenſem, Mindenſem & Verdenſem, inter Ducatus Brunſwicenſem & Luneburgenſem, inter Comitatus de VVelpe, Deipholtianum, Schowenbergicum & Delmenhorſtanum. Et ſub ſe Broickhuſianum vtrumq; Comitatum complectitur: Hactenus quatuordecim præfecturæ (quarum tamen aliquæ ad vtrumq; Comitatum Broichauſianum pertinent) iſti ſubditæ fuere vt Newenborch, Hoya, Seick, Stoltenow, Stegerborch, Freudenberch, Erenborch, Ucht, Leuenow Depena, Barnborch, Sidenborch, Drakenborch, Altenbroickhauſen, & Newenbroichauſen. Ego hanc celebrem & illuſtrem familiam veterem maſculam (cuius vltimus hæres Comes Ottho, è viuis deceßit, vt iam & linea maſcula cum Comitatu introierit, quò ad titulum & ſtemma) Hoyenſium Comitum in gratiam & honorem illuſtris & generoſißimæ viduæ Domini*

Alber-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Alberti Comitis ex veteri illo nobiliſsimo ſtemmate Comitum Hoyenſium oriundi & inter filios Comitis Iodoci fratris ſenioris piæ memoriæ (cuius frater Ottho vltimus erat Comes & hæres maſculus in illo Comitatu) D. Catharinæ natæ Comitiſſæ in Altenborch & Delmenhorſt. Et inſuper honorem nobiliſsimæ viduæ domini Rodolphi Comitis in Deipholt & Brunckhorſt, Dominæ Margarethæ natæ Comitiſſæ in Hoya ac Broichauſen Dn. Otthonis vltimi Comitis ſororis, conſcripſi hanc genealogiam: Etſi aliam dederit vir doctiſsimus & inſignis hiſtoricus Magiſter Hieronymus Hemmiges Lunæburgenſis concionator, Verùm noſtram hanc genealogiam egregius vir D. Ioannes Hakenus quatuor Comitum Hoyenſi ordine Cancellarius approbauit, dum viueret. VValterus Comes in Hoya fuit ductor copiarum Henrici I. aucupis, cõtra Vngaros, & eius frater Henricus Comes fuit in campo equeſtri Magdeburgi anno D. 939. & ab illo prodijt iunior VValterus Comes, & huius erat filius Erneſtus, qui fuit in campo equeſtri Treueris anno 1019. Et ex hoc eſt genitus Henricus Comes, qui fuit in campo equeſtri Hallis Saxonum anno D. 1042. is genuit VVilhelmum ſe exercentem in campo equeſtri Gottingæ anno D. 1119. cuius coniunx erat Broichauſiana Comitiſſa, & ex eo, natus eſt Gerhardus, qui duxit D. Geronis Domini de Stumpenhauſen ſororem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſororem, & vixit anno 1181. huius filij erant Ger-
hardus Epiſcopus Verdenſis, qui inter claros Germa-
niæ Heroës reputatur, & Henricus qui Stedingos a-
cie inuaſit: hic ex VVelpiana Comitiſſa genuit Ger-
hardum coadiutorem Bremenſem, VVedekindum
Epiſcopum Mindenſem, Henricum & Otthonem,
qui inter ſe diuidebant Comitatum Hoyenſem, ideo
dicam primò de Comitis Otthonis genealogia, ut quæ
maturius deſijt, & deinde de Henrici genealogia nu-
per in vltimo eius ſtirpis maſculæ Comite & hærede
Otthone finiente, ſcripturus ſum. Ottho Henrici fili-
us & frater iunioris Henrici duxit VValdechianam
Comitiſſam Rixam, & ex ea genuit Ioannem, qui ſi-
cut fratruelis Gerhardus fecit, Erici Ducis Saxoniæ
in Lowenborch, filiam duxit, & ex ipſa peperit Hen-
ricum, qui ex Oda Rauensburgica Comitiſſa genuit
Otthonem, cuius coniunx erat Helena Ducis Brunſ-
wicenſis Magni filia anno D. 1396. Et ex hoc naſcitur
Ioannis Deipholtiani Comitis vxor Anna & Ottho
filius (qui vnicam filiam Comitis Ritbergici Alhei-
dam duxit) & huius erant filij Henricus Epiſcopus
Verdenſis, Cunradus, qui mutato titulo factus eſt
Comes Ritbergicus, & Iohannes bella gerens contra
Duces Brunſwicenſes, cuius coniunx erat Alheida Co-
mitiſſa de Brunckhorſt, ex quibus nati ſunt Gerhardus
Epiſcopus Bremenſis Ioannes Epiſcopus Monaſteri-

enſis, Fridericus Canonicus Colonienſis, Catharina Mauritij Comitis Altenburgici & Delmenhorſtani vxor, et Ottho, qui Bernhardi Comitis de Lippia filia Anna ducta in coniugem genuit tantum duas filias, Alheidam coniugem primam Philippi Comitis Vualdechiani (matrem Volradi docti Herois & pij, qui ante paucos annos adhuc ſuperſtes erat, & Otthonis Baliui in Lage) & Annam cuiuſdam Comitis in Rifferſcheit coniugem, & ita maſcula linea ab illo Otthone Henrico filio & Henrici iunioris fratre, deſijt in hoc Otthone mortuo in Hoya arce anno Domini 1489. Tendimus iam ad Henricum illius Henrici, qui Stedingenſibus bella intulit, filium & Otthonis fratrem. Hic Henricus pugnauit cum Bremenſibus propter caſtrum Tedinckhauſen, & ipſe tyrannicè interimendo Dominum in Stumpenhauſen, cum tribus filijs, Dominium Stumpenhauſen tranſtulit ad ſe, atq; deſtructo caſtro Stumpenhauſen ad Viſurgim erexit arcem Nienborch: Huius vxor erat VVunſtorpiana Comitiſſa, & ipſe ex ea genuit VVichildam Otthonis Domini de Berga propè Mindam, coniugem, & Gerhardum qui contra Epiſcopum Oſnaburgenſem Melchiorem natum Ducem Brunſwicenſem de Grubenhagen pugnauit, atq; ab vltimo hærede Comitatum Altenbroickhauſen & Nienbroickhauſen Comite Henrico emit iſtos

duos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

duos Comitatus,& ab eo tempore cum ſuis hæredibus ſibi & titulum & inſignia cum Comitatibus iſtis vſurpauit: Hic Gerhardus & Erici Ducis Saxoniæ in Lowenborch filia N. genuit Otthonem Epiſcopum Monaſterienſem (qui multa caſtra & oppida Comitibus Nicolao Teckelnburgico & Henrico Solmenſi ademit & ditioni Monaſteriena adiecit & Ahauſianum Dominium eidem incorporauit, & eſt tandem factus coadiutor Oſnaburgenſis) Iuttam Simonis Comitis de Lippia coniugem, Ioannem Epiſcopum primò Padenbornenſem, deinde Hildeſimenſem, & Ericum, qui duxit Ducis Brunſwicenſis Magni filiam Agnezam, deinde ea mortua Annam Schowenbergicam Comitiſſam elegit ſibi coniugem, ex qua Erico huic nati ſunt Albertus Epiſcopus Mindenſis & poſtremò vocatus coadiutor Oſnaburgenſis, qui multa pro Erico fratre depoſito, & pro fratre Ioanne captiuo ab Oſnaburgenſibus, tentauit (ut erat quoq; pater Ericus bellicoſus) Agneza Nicolai Comitis Teoklenburgici vxor, Ericus præpoſitus Colonienſis, Adminiſtrator Eccleſiæ Oſnaburgenſis, à qua remouetur, & propterea oritur magnum bellum, & Ioannes bellicoſus qui pro fratre Erico cum in ditione Oſnaburgenſi tum in Monaſterienſi multa tentauit, capitur, quē ad aliquot annos tenuere captiuū Oſnaburgenſes in vinculis nomen habentibus de Buck. Iſtius Ioannis Conthoralis

ralis erat Eliſabetha nata Comitiſſa de Deipholt, quæ ipſis vnicum peperit filium Iodocum, cui erat bellum cum Ducibus Brunſwicenſibus & Lunæburgicis & huic Iodoco coniunx erat Armegarda Comitiſſa de Lippia bellicoſi Herois D. Bernhardi (qui modernorum Comitum de Lippia vt fratruelium D. Simonis & Philippi proauus fuit) filia, ex qua genuit Iodocum gubernatorem patriæ, de quo poſtea, Mariam Comitis Brunckhorſtani Iodoci vxorem, Ioannem bellicoſum, (qui ex coniuge Sueuica hoc eſt, Regis Suecorum Guſtaui ſorore genuit Iodocum maturius morientem in vinculis nobilis Franciſci ab Halle, qui eum captiuũ tenuit, propter fratrẽ præpoſitũ Mindenſem, & filium anteà à Comitibus Hoienſibus captos, qui Franciſcus fuit ſocer Henrici Ranzouij, & Ioannem Epiſcopum Monaſterienſem, Oſnaburgenſem & Padenbornenſem Principem doctum ſed Epicureum) Et Ericum priuatim in arce Stoltenow viuentem: Mortuo patre Iodoco & auo materno Bernhardo de Lippia Comite, Heroe formidabili, inuadunt ditionem Hoyenſem, Duces Brunſwicenſes & Lunæburgenſes Henricus ſenior, Ericus ſenior, Henricus medius. qui erat Lunæburgenſis) & Henricus iunior, & eijciunt viduam Iodoci cum tribus filijs Iodoco, Ioanne & Erico anno D. 1512. tunc ſororem Armegardam cum tribus filijs excepit hoſpitio Simon Comes

Lippien-

Lippienſis, qui tandem ſua effecit interceſſione apud Principes iſtos videlicet Henricum ſeniorem, Ericum fratrem eius & Henricum medium & Henricum iuniorem ſenioris filium, Duces B. & L. ut poſt pecuniam ipſis Ducibus promiſſam & tandem ſolutam, reciperent hæredes Iodoci ſenioris, ſed grauibus conditionibus, ſuum proprium Comitatum, & ab eo tempore facti hi Comites Ducibus iſtis Vaſalli vel beneficarij Iodocus Comes, natu maior filius Iodoci & Armegardæ Lippienſis, duxit coniugem Annam Comitiſſam in Gleichen VVolffgangi filiam ex Thuringia, cui Comiti fuit laborioſus Comitatus: Nam vt erat ære alieno grauatus & preſſus, ſic ei contigit graue certamen cum nobilibus & fratribus de Halle Franciſco & Thoma: Ramelijs item ac Henrico Ranzouio horum per connubium hærede: Quæ contentio inter Comites Hoyenſes & Henricum Ranzouium compoſita eſt à Chriſtiano III. *Rege Daniæ, & Electore Saxoniæ Auguſto, Vlzenij A. C.* 1558. *Nati ſunt huic Comiti liberi, Albertus (qui tempore interimiſtico nullam tulit in Religione mutationem, & ducta in coniugem Catharina D. Antonij Comitis Aldenburgici & Delmenhorſtani filia & ſorore D. Ioannis, D. Chriſtiani & D. Anthonij fratrum, illuſtrium Comitum nullam reliquit prolem & moritur A. D.* 1563) *Margaretha Comitis Rodolphi de Dei-*

 pholt

pholt vxor, Iodocus moriens Pariſijs in ſtudijs, VVolffgangus Canonicus Argentinenſis mortuus Argentinæ, Ottho & Ericus (de quibus poſtea) Ioannes puer moriens in caſtro Borchloo, Fridericus Canonicus Argentinenſis, Heros doctus & ingenioſus (qui Neoburgi anno 1570. moritur) Maria Conthoralis Hermanni Georgij Comitis in Limpurch & Brunckhorſt, D. in Stirmb & Vuiſch, Anna cœlebs Abbatiſſa & domina in Barſen atq; Armigarda vxor D. Meinolfi D. in Buren: Ex fratribus poſt mortuum abſq; hærede natu maiorem Albertum, Ottho & Ericus eligunt ſibi coniuges, Ottho matrem Ericus filiam, nam Ottho duxit viduã D. Ioannis Comitis Ritbergici & D. in Eſens ac VVitmunde, natam Comitiſſam in Benthem Agnezam, & fixit ſedes in arce Stoltenow. Ericus iſtius dominæ & prædicti Comitis Ioannis Ritbergici filiam Armegardam ſibi delegit Conthoralem, & cum ea conſequitur in poſſeßionem Comitatũ Ritbergicum & Dominia in Eſens & VVitmunde: Qui optimus Comes ſine prole moritur A. 1575. & ſic ad vnicum maſculum hæredem, eumq; vltimum Otthonem Comitem vterq; Comitatus & Hoyenſis & Broickhauſianus deuoluitur, qui pius Comes tandem in arce Hoya (vnde cum ſuis maioribus nomen & titulum geſſit, ſicut accidit iſti Otthoni, qui ibidẽ mortuus eſt, & erat vltimus in altera illa Hoyenſium Comitum linea)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

linea) moritur 25. Februarij A. D. 1583. relicta vidua D. Agneza: Et verè affirmare poſſumus tres vltimos ordine gubernatores patriæ, ut Comitem Albertum, Comitem Ericum & Comitem Otthonem optimos fuiſſe Principes: Et hic paululum ſiſtat lector & audiat miſeram hominum & etiam potentũ vitam. Iodocus iunior Comes Hoyenſis & Broickhauſianus habuit ex Anna Magdalena VVolffgangi Comitis Gleichenſis filia ſibi coniuge ſeptem filios Albertum primogenitum, qui in gubernatione patri ſucceßit, Iodocum Lutetiæ in ſtudijs poſtea mortuum, et Otthonem qui poſt Ericum gubernauit patriam. Ericum qui Albertum in gubernatione patriæ ſecutus eſt anno D. 1563. Ioannem in pueritia in Borchlohe defunctum, VVolffgangum Canonicum Argentinenſem, & ibidem ex fracto crure mortuum & Fridericum dominum ingenioſum & doctum quoq; Canonicum Argentinũ, qui Neoburgi ex mærore extinguitur. Deinde idem Iodocus habuit ex eadem ſua coniuge ſex filias Margaretham Rodolphi Comitis Deipholtiani cõiugem Magdalenam & Annã, quæ fuit Abbatiſſa in Baſſum mortuas virgines, Mariã nuptã Hermanno Georgio Comitis in Limburch & Brunckhorſt, Irmagardã uxorẽ Meinolphi, D. à Burẽ, Elizabethã maturius extinctã. En mi lector Chriſtiane, conſidera iã, & expẽde, quòd ex tam numeroſa prole generoſißima intra annos 6. & 30. relictis nullis maſculis poſteris,

poſt

poſt patris obitum deceßit & ita tota Hoyenſium Comitum (quorum ego ſeptem aut octo noui, & meo tempore duodecim in viuis ſuperfuerunt) familia funditus extincta eſt, & ſic ad dominos feudi Duces Brunſwicenſes & Lunæburgenſes, ditiones delapſæ ſunt, Interim quoq; exigua pars Landgrauio Haßiæ acceßit: Tam eſt fragilis ærumnoſa & miſera humana vita, etiam in magnis dominis: Iam Duces Brunſwicenſes & Lunæburgenſis diuiſerunt hos Comitatus inter ſe, & quam partem accepit Landgrauius Haſſiæ VVilhelmus eam contulit Comiti Benthemenſi: Cranzius cùm in Saxonia tùm in Metropoli quam ſæpißimè horum facit honorificam mentionem Comitum.

I.

Indago, *Fuit proprius in Saxonia Comitatus, vbi nam is fuerit, inuenire non potui: interdum ſe Comites, interdum nobiles Dominos ſcripſere & fuere aduocati Cœnobij in Stedersborch propè VVolffenbuttel, ſic lego in Archiuis eius Cœnobij, quod vixerit anno D. 1133. Ludolphus Comes de Indagine, & anno D. 1187. Ludolphus iunior nobilis dominus de Indagine, & anno D. 1210. vixit Luderus nobilis Dominus de Indagine, & anno D. 1220. vixit Ludolphus tertius nobilis Dominus de Indagine, & eius frater erat Bernhardus nobilis Dominus de Indagine,*

& poſt

& poſt nobilem dominum Ludolphum de Indagine demortuum accepere aduocatiam Cœnobij in Stedersborch milites equeſtris ordinis de Salderen, vnde conſtat nobilem illam Ducatus Brunſwicenſis familiam Salderorum vltra aliquot ſecula inter nobiles & militares ipſius Ducatus, non ſine laudam habitam & numeratam fuiſſe, ex qua familia exiſtit hodie doctiſsimus nobilis Dominus Henricus à Saldern, cum fratribus generoſis Hillebrando Cunrado & Burchardo de Salderen. Interim ita Comites vel Domini de Indagine perierunt cum titulo, vt ne quidem locus, vbi ſedem habuerint inueniri poſſit, O mortales homines? quàm miſeri ſunt potentes coram ſeculo, ut ſicut fumus euaneſcant.

Itter, *Comitatus, cuius bona & caſtrum fuit in vicinia vrbis Corbeckij in amplo Comitatu VValdechiano ſitum: Facit Cranzius mentionem Comitis Theodorici in Itter, facti Epiſcopi Padenbornenſis in Metrop. lib. 8. cap. 47. Landgrauius Haſsiæ iure (quia cum nobilibus de VVoluen certauit hoc nomine Langrauius Philippus pater) ad ſe hunc tranſtulit Comitatum Itter ad dimidiam partem & alteram obtinent de VValdech Comites. Interim & hi Comites (vno illo excepto) cum ſuis nominibus & titulis obliuioni traditi ſunt, ut nulla eorum memoria ſit: tanta*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

eſt hominum miſeria non minus in excellentibus quàm abiectis.

K.

Katelenborch, *Fuit olim proprius Comitatus ad Eikesfeldiam, non procul diſitus à ciuitate Northeim & vltimus Comes Theodorus anno D. 1100. ſtruxit ex ſua arce Cœnobium, de quo nonnulla refert Hoppenrodius ex Chronico Saxonico, & facit huius Comitatus mentionem Cranzius in Metropoli lib. 5. cap. 32. Sed de eo diximus.*

Keuerberch, *Albertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, tempore Otthonis tertij Cæſaris viuens, fuit natus Comes de Keuerberch: Vbi ſit ſitus ille Saxon. Comitatus ignoro: Sic & illi Comites (vno illo excepto) adeo perierunt, ut ne nomina extent eorum, neq́ locus alibi appareat, vbi ſedes habuerint: Sic tempus edax rerum omnia conſumit.*

L.

Landsberg, *Fuit Marggrauionatus ſub quo fuit oppidum Sangerhauſen, Petersberch & alia. In ſupplemento derelictorum Helmoldi ſcribit Arnoldus Abbas Lubecenſis lib 1. cap. 29. de quodam Theodorico Marchione in Lansberg: Videatur de hoc Marchionatu Cranzius in Saxonia lib. 9 cap. 21. Magnus Dux Brunſwicenſis duxit coniugem Agnezam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

zam Marchionis in Lansberg vnicam filiam,& totum conſequitur Marchionatum, quem poſtea vendidit, vt Chronicon Saxonicum refert: Ita hic Marchgrauiatus perijt, perierunt & iſti Marchiones cum ſuis titulis.

Luttersberge, *Proprius Comitatus ad Harciniam ſyluam, cuius facit mentionem Cranzius in Saxonia lib. 8. cap. 32. Anno D. 1282. citatur teſtis in certis priuilegijs Heiſo Comes in Luttersberch, & hic fuit vltimus Comes, Sic tranſit gloria mundi & pereunt magni cum paruis. Hic Comitatus erat feudum Ducum de Brunſwig, ideo iſto Heiſone mortuo ſine hæredibus, hic Comitatus & multa alia ſunt Henrico mirabili, Ducis Alberti dicti magni primogenito aſſignata, ut terra Eickesfeldia, Hartesbergum. Poſtea Luttersberch Comitatus eſt à Ducibus Brunſwicenſibus de Grubenhagen in feudum collocatus Dominis & Comitibus in Honſtein. Arcis Lutersberg reliquiæ extant in vicinia pagi Luttersberch, & mons Andreæ, vbi nunc ſunt argenteæ fodinæ, ſubfuit huic Comitatui. Ecce quàm ſunt in hoc mundo mutabilia, incerta & dubia omnia.*

Lovvenrode, *Fuit olim proprius Comitatus, cui ſubfuit Hannouera ciuitas hodie ſplendida & munita, & arx iſtius Comitatus Lowenrode fuit ſita in*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

eo loco, vbi nunc arcem & munitionem adornauit Dux Brunſwicenſis Ericus iunior, quam dici volunt Landeſtroſt / *quæ antea nominabatur* Newenſtadt am Rodenberg. *Hannoberenſes ciues cum Duce Alberto Saxoniæ turbarunt arcem Lowenrode anno D. 1371. & planè extirparunt: Saxonicum Rithmicum Chronicon indicat vacaſſe hunc Comitatum ſub Henrico Leone & ab ipſo hunc ad ſuas ditiones tranſlatum eſſe, ut adhuc ſubeſt Brunſwicenſibus Ducibus, hodie Henrico Iulio Principi florentiſſimo paret vrbs Hannobera & tota ditio: VVilhelmus Comes in Lowenrode fuit in equeſtri pugna Magdeburgi, anno D. 937. Et vnus ex ipſis Comitibus fundauit Cœnobium in Verden, vide Cranzium in Metropoli lib. 6. cap. 33. Abierunt iſti Comites & fuerunt, eorumq́ titulus euanuit. Sed ita omnia ſunt vanitas & vanitates vanitatum. Sic tranſit gloria mundi.*

Linavv, *Fuit proprius alibi in inferiori Saxonia Comitatus, ſed vbi, ignoro, facit huius mentionem Cranzius in Saxonia lib. 9 cap. 22. & in Metropoli lib. 9. cap. 50. Sed credo ibi intelligi nobiles vel militares de Linen, qui in hoc Comitatu interierunt in maſcula ſtirpe ante annos 14. Et fuit mihi vltimus ex illa ſtirpe notus nomine Ioannes à Linen nobilis.*

Luchavv, *Fuit Comitatus in Ducatu Lunæburgico, Hoppenrodius ſcribit ex Chronico Saxoniæ Bur-*

char-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

chardum Comitem in Luchaw, Anno D. 1133. ab Hermanno Comite in VVinſenborch interemptum eſſe. Et hîc videtur Hoppenrodius errare, qui & Lockum & Luchaw pro vno & eodem accipit: Anno D. 1232. vixit adhuc Henricus Comes in Luchaw & citatur teſtis in literis Ducis cuiuſdam Brunſwicenſis: Sed tranſierunt iſti Comites per viam vniuerſæ carnis, nec amplius ſunt: Talis eſt hominum vita: Eſt adhuc arx & oppidum eius nominis ſitum ad Albim in eo loco, vbi veteres Sclaui vel Vandali adhuc morantur ſub Ducibus Lunæburgicis: Odanata Comitiſſa in Luchaw fuit Burchardi nobilis Domini de Querfurte, & Comitis in Mansfelt, circa annum Domini 1245. coniunx: Facit Arnoldus Abbas Lubecenſis mentionem cuiuſdam Comitis de Luchowe ſupplementorum Chronici Sclauorum lib. 3. Cap. 1. ſed eius nomen non exprimit. Hodie vſumfructum eius caſtri & oppidi obtinet Eliſabeth Magdalena nata ex Electorali ſtemmate Marchionum de Brandenborch, vidua Ducis Lunæburgici Franſciſci Otthonis primogeniti, Principis optimi, Dn. Erneſti & fratris Dn. Henrici & VVilhelmi iuniorum Ducum Lunæburgenſium.

Lichtenberge, *Etſi veterem & amplam præfecturam Lichtenberg, (cuius turres & muri adhuc ſunt in terra Brunſwicenſi conſpicui, licet præfectura*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

aliò ſit tranſlata & iam ſit in profundo vel plana, tamen Duces Brunſwicenſes eam ſemper iure hæreditario obtinuerunt) & Henricus Leo & eius filius Otthto IV. Imperator videantur in hiſtorijs occupaſſe ſuo tempore: tamen in quibuſdam antiquis literis inuenio hæc ſequentia: Anno D. 1210. introducitur teſtis cum Cunrado de Lippia & Friderico de Poppenborch, Siffridus Dominus in Lichtenberge & in memoriali libro mortuorũ Cœnobij in Fredelſen legitur, Iohan de Lange Edelherr auff dem Liechtenberge iſt anno Domini 1208. geſtorben. Sunt interea alij etiam Comites in ſuperiori Germania ſibi eum titulum vſurpantes, & etiam tale Dominium eius nominis poßidentes, ſed de iſtis non dicimus. Henricus pacificus, frater VVilhelmi bellicoſi dicti Gadeskoe / habuit aulam & ſedem in arce antiqua Liechtenberg quæ adhuc eſt conſpicua in Ducatu Brunſwicenſi: Sed is abſq; maſculo hærede diſceßit, & ſic ea præfectura ad fratrem VVilhelmum & eius filios Fridericum & VVilhelmum iuniorem tranſijt, & ordine ad VVilhelmi iunioris filium Henricum bellicoſum auum Ducis Iulij.

M.

Meinersheim, Eſt hodie arx in Ducatu Lunæburgico inter Brunſwigam & Cellam, ad dimidium itine-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

itineris, & fuere olim Domini nobiles in Meinersheim, quia anno Domini 1133. vixere Domini in Meinersheim Theodorus & Rodolphus fratres, & anno Domini 1220. Hermannus Dominus in Meinersheim, & eius erant filij Burchardus & Lutgardus Domini in Meinersheim, qui vixere anno Domini 1273. quorum cognati erant Fridericus Vualtherus & Bernhardus, Thumheri Eccleſiæ Hildeſimenſis. Item anno Domini 1274. vixit Burchardus & ſcripſit ſe nobilem Dominum in Meinersheim, cuius filius Bernhardus vixit anno Domini 1281. & erant eius fratres Lutgardus & Conradus qui vixere adhuc anno Domini 1296. Sic tandem nobiles domini de Meinersheim pro more omnis carnis eſſe deſierunt, ut ex ea familia nullus ſit amplius maſculus hæres: Ita cadunt Domini cum ſubditis: Sic etiam iſtius Dominij titulus à nullo amplius publicè vſurpatur. Putatur hoc Dominium fuiſſe, feudum Ducum Lunæburgenſium & ita de mortuis hæredibus ad Ducatum Lunæburgeum perueniſſe.

Mackenſtede, *Fuit proprium Dominium in vicinia Comitatus Delmenhorſtani & ditionis, quæ urbi Bremenſi ſub eſt, cuius arx fuit ſita prope Cœnobiũ Heylingenrode, & apparet quòd præfectura in Sych*

bona,

bona, fuerint iſtius Dominij aut propria aut aliqua ex parte ſubdita: Retulere nobis aliquando magnifici viri D. Doctor Ioachimus Hinckius Decanus Metropolitanus Bremenſis, & Ioannes Hekenus Cancellarius Hoyenſis defuncti, quod vidiſſent literas Herois vnius vel alterius, qui ſe ſcripſerat Domicellum in Mackenſtede, & vltimus Dominus dictus eſt Fridericus, qui vixit anno D. 1171. qui ſic perijt vt multi alij magnates cum ſuo titulo. Et ſcribit Ioannes Sciphower in Chronico Aldenburgenſium Comitum quòd tempore Vdonis Comitis quem putat eſſe patrem Hunonis, vixerit nobilis Domicellus Henricus de Mackenſtede.

Mandere, *Fuit olim proprium dominium, Nam in Cœnobij in Stedersborch & vicinarum antiquis documentis inuenio Rodolphum, Stepperium & Rodolphum iuniorem vixiſſe anno D. 1187. & ſe nobiles Domicellos ſcripſiſſe de Mandare, & circa annum D. 1210. adhuc Rodolphus citatur alibi teſtis. Eſt quidam pagus ſub arce Leuenborg dictus Mandere. an ibi ſedes olim habuerint ignoro. Sunt autem ſub arce Leuenborch 18. pagi. Ideo & hîc obſeruemus quanta fiat hominum etiam magnorum apud poſteros obliuio, vt etiam vix locus certus reperiatur, vbi illi Domini de Mandere ſedem habuerint: Sic cum titulo Domini illi interierunt.*

Meuel-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Meuelrode, *Pagus ita dictus ad quadrantem miliaris vnius diſtat ab vrbe Brunſwiga, vbi habuere olim Marchiones Saxoniæ alteram ſuam arcem & ſedem, & ſe ſcripſere Dominos in Meuelroda, cuius rei teſtem vocamus Cranzium lib. 4 Saxoniæ cap. 27. Sed iam arx cum illo titulo euanuit, vt omnia ſunt ruinoſa.*

N.

Niddeck, *Eſt præfectura nuper ſub Duce Erico modò ſub Duce Iulio & eius filio Henrico Iulio Principibus grauiſsimis in terra Gottingenſi, & fuit proprius Comitatus: In regiſtro mortuorum Cœnobij Fredelſen legitur,* zu gedencken für *Otthone nigro* Grauen zu Nideck zu bitten/ *Et fuiſſe inter Comites de Niedeck & de Hardeck controuerſiam & bella cruenta referunt alibi annales, ſicut hoc à me lectum eſt. Sed vbi iam ſunt illi Comites? anfugerunt per viam omnis carnis.*

Northeim, *Hodie elegans ciuitas parens hactenus ducibus patri & filio Ericis ad 2. milliaria diſtans ab Eimbecca & Gottinga, Ottho pater & Henricus Craſſus ſcripſere ſe Comites in Northeim: Videatur Cranzius lib. 5. Metrop. 32. & in Saxon. lib. 4. cap. 44. & lib. 5. Cap. 3. Epiſcopus Colonienſis ordine 37. fuit Hermannus Comes de Northeim. Et huius vrbis & ditionis fuerunt Principes Ericus ſenior*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

& iunior, deinde Iulius & eius filius Henricus Iulius Duces magnanimi noſtro tempore: Sed vbi & quo loco ſunt iam aut exiſtunt Comites Northemenſes? tranſierunt & non amplius inuenti.

Nordalbingiæ *Comitum aliquoties Cranzius in Saxonia facit mentionem, inprimis lib. 7. Sed eodem libro cap. 40. ait, quòd vocati ſint Domini vel Comites olim Nordalbingiæ, qui intra Albim & Daniam aliquid ditionis habuere: O conditio hominum miſera? certè, Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.*

O.

Olsburch *vel* Vlsburch, *Eſt adhuc pagus ſub præfectura Lichtēborch, in vicinia præfecturæ Steinbruggen, & fuit olim proprius & amplus Comitatus, vltimus Comes dictus Oltmannus Comes in Olsburch, ex ſua vrbe & caſtro Stedersborch ædificauit Cœnobium ſub Imperatore Henrico* II. *& ſub Barwardo Epiſcopo Hildeſimenſi, cum Hedewiga vxore nata ex Pfalsgrauiorum familia, & ei præpoſuerunt vt Abbatiſſam vnicam filiam Frederundam ibidem cum matre ſepultam (ſic omnia humana ruunt & nihil hîc durabile) Comes vero Oltmannus in Olsburg inſtituit duo collegia ampla, vnum Spirituale & alterum ſeculare, quorum bona & literæ diſsipatæ & tranſlatæ ſunt in eo quidem bello, quod per annos ferè decem geſſere Brunſwicenſes. Duces Ericus ſenior*

nior & eius ex fratre nepos Henricus iunior (auus Henrici Iulij ampliſsimi) cum Epiſcopo Hildeſimenſi donec Diœceſin Hildeſimenſem ad ſe iure belli reciperent. Interim nos nouimus ibidem adhuc duos præpoſitos fuiſſe, ut Chriſtophorum Surs & quendam ex nobilibus de Bartelſleben. In templo Olsburgico fuit Oltmannus pater ſepultus : Tam eſt miſera conditio hominum, vt maximi quiq; ruant. Henricus II. *vel ſanctus Imperator in datis ei Cœnobio priuilegijs vocat locum Stedersborch oppidum in primo priuilegio, in 2. priuilegio vrbem. Subfuere huic Comiti multi pagi qui hodie præfecturæ in Giffhorn arce Ducatus Lunæburgici ſubſunt & deinde alij ſubſunt præfecturæ in Lichtenberch & Geuershagen, habuit arcem quoque ille Comes in Stitter.*

Oisterode, *Eſt hodie ciuitas ſubdita Ducibus Brunſwicenſibus de Grubenhagen, ad Harciniam ſyluam. Inueni autem in antiquis monumentis, quòd inter Fridericum Comitem Poppenborgium & nobiles Dominos Burchardum de VVolffesbuttel, Theodorũ de Adonais & Conradum de alto fago, ponatur & Baſilius nobilis dominus de Oiſterode circa annum* 1240. *An igitur ibi fuerit Baronatus ignoro, prout reperio, ſic ſcribo: Attamen fuiſſe tales Barones qui iam in rerum natura non ſunt conſtat :*

Sic omnia hominum facta vita & acta vana ſunt & vanitas vanitatum & ipſa vanitas.

Orlemunde, *Etſi Comites de Orlemunde fuerint in Thuringia, tamen fuiſſe quoq; aliquos olim eius nominis in regione, quæ modò dicitur Holſatia, apparet ex Cranzij Saxonia inprimis ex lib. 7. cap. 36. & 38. Legimus in ſupplemento derelictorum Helmoldi apud Arnoldum Abbatem Lubecenſem lib. 4. cap. 7. de filia Comitiſſa de Alremundt, quod idem eſſe ſentio: Lego etiam in Chronico Comitum Holſatiæ, quomodo Adolphus quartus opera patris Adolphi tertij, Henrici Comitis Swerini, Henrici Comitis de VVerle & Gerhardi Epiſcopi Bremenſis eiecerit Regium Vicarium ex tota Holſatia, cuius nomen erat Adelbertus Comes in Orlemundt. Tanta eſt in mundo mutatio & varietas, vt nihil ſit ſtabile, ſed omnia vanitas.*

P.

Pleſſe, *Dominium in terminis terræ Gottingenſis, & arx in montis acumine conſpicitur, & fundarunt Cœnobium Hockelen propè vrbem Northeim Domini in Pleſſe: Hanc lineam eorum reperi, quam in honorem generoſæ & nobiliſſimæ Dominæ Agnezæ natæ Comitiſſæ de Lippia, & vltimi ac poſtremi Domini de Pleſſia D. Theodori, viduæ relictæ, Dominæ ſuæ clementiſſ. (quæ modo eſt Conthoralis Illuſtris*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſtris Comitis de Schlicka Dn. Habundi. Comitis in Paſſun) & in honorem Illuſtris Dominæ, VValpurgis iſtius vltimi Theodori nobilis Dn. de Pleßia, ex filio Chriſtophoro neptis, atq; inclyti Comitis VValdechiani D. Franciſci modò Conthoralis) recitabo: Etſi illam alibi genealogiam alij plenius dederint. Philippus Dominus de Pleſſe fuit in campo equeſtri, anno 939. Magdeburgi & erat Theodorus de Pleſſe Dominus, Gottingæ in certamine equeſtri 1119. cuius ſoror erat Alheida Domina de Pleſſe, fundatrix & Priorißa Cœnobij in Fredelſen, quæ obijt A. D. 1132.

Ottho Comes in Pleſſe vixit anno 1129. Et ante hos vixit Imadus nobilis Comes de Pleſſe, qui anno D. 1052. eligitur in Epiſcopum Padenbornenſem, vbi præſulem egit ad annos 25. D. Ludolphus miles, Gotſcalcus & Poppo primi ſunt fundatores Cœnobij in Hoekelen. Ex Ludolpho nati ſunt Hermannus Canonicus, & Godeſchalcus 2. cuius coniunx erat Eliſabet de Honſtein.

Ex Gotſchalco 1. naſcitur Ioannes & Anna monialis Ioanni erat coniunx Alheida de Eberſtein, qui diſceßit abſq; hæredibus: Godeſchalci 2. & Eliſabethæ de Honſtein liberi fuere, Ianus & Georgius Canonici, Bernhardus, Magnus, & Gotſchalcus 3. Ex Bernhardo naſcuntur Ottho Canonicus in Hildesheim, Halberſtadt & Paderborn, Anna Abbatiſſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

in Freckenhorſt, & Agneza Domini de VVarperge coniunx, Ex Magno naſcitur Lutrudt, quæ nupſit nobili de Adelueſſen, Ex Godeſchalco 3. naſcitur Theodorus 2. & ex eo Godeſchalcus 4. cui vxor erat Margaretha de Teudenberge & ex ea genuit Godeſchalcum 5. Mauritium & Theodorum 3. Mauritius reliquit ex Aldenburgica Catharina vnam filiam Vrſulam Comiti de Kirberge nuptam, & ex ea genuit Alheidam Comitiſſam in Tecklenborch, Godeſchalcum 5. Theodorum 2. & Elizabetham Abbatiſſam in Kauffingen.

Ex Godeſchalco & Comitiſſa de Gleichen, N. naſcitur VVilhelmus ſine hæredibus diſcedens: Theodorus 4. duxit Annam Comitiſſam Speigelbergicam, & ex ea genuit Godeſchalcum 7. Ioannem, Franciſcum & Theodorum 5. Franciſco fit vxor Anna Domina de Buren, ex qua non ſequuntur hæredes: Theodorus 5. habuit duas coniuges, Catharinam de Plawen ex qua genuit Eliſabetham coniugem Comitis de Gleichen, & Chriſtophorum, qui ex Margaretha Comitiſſa de Gleichen genuit filiam VValpurgiam Franciſci Comitis VValdechiani conthoralem, & moritur anno 1567. Chriſtophorus tunc cum pater Theodorus 5. & vltimus ex illa familia adhuc ſuperſtes eſſet, reducit coniugem rurſum Agnezam Comitiſſam Lippiacam, ſed nullam ex ea prolem conſequi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſequitur, ita ille moritur anno D. 1571. & Dominium tranſijt ad Landtgrauium Haſsiæ VVilhelmum Sic tranſeunt Domini cum ſeruis, Principes cum ſubditis & nihil eſt vel manet ſtabile in hoc mundo. Iſtius Dominij ſunt multa feuda paſsim hinc inde nobilibus & patricijs in diuerſis vrbibus collata, quæ etiam omnes beneficarij poſt demortuum vltimum Dominum nobilem de Pleſsia Theodorum 5. acceperunt in feudum à Landtgrauio Haſsiæ VVilhelmo.

Plotzke, *Fuit olim proprium Dominium, & eſt ſitum in vicinia vrbis & arcis Berenburg. Quod obtinent Principes de Anholdt, & Domini in Plotzke Burgrauij in Magdeburg erant: A. Dn. 1117. vixere Helffridus & Hermannus fratres Domini in Plotzke, vt Hoppenrodius annotat, & anno D. 1130 vixit Theodorus Dominus in Plotzke, ex quo Conradus & Henricus nati ſunt. Plura Hoppenrodius. Interim & illi non amplius exiſtunt Domini, ſed euanuerunt cum ſuo titulo, adeo eſt morti & obliuioni genus humanum ſubiectum.*

Q.

Querfurt, *Antiquus Comitatus: Fuit enim pater Lotharij Imperatoris Gebhardus, et ipſe Lotharius dominus in Querfurt & horũ Comitum genealogiã, & Hoppenrodius & Cyriacus Spangenbergius recitant:*

tant: Locum, vbi fuit vetus Dominium, obtinent Mansfeldici Domini, & de eo plura refert Spangenbergius: Interim & hîc & vbiq; mutatio humanæ vitæ conſideratur.

R.

Ringelberg, *Fuit quondam proprius Comitatus in Ducatu Cliuenſi ab hac parte Rheni, ſubfuit huic vrbs VVeſalia, quæ non procul à loco Ringelberg diſtat, & cum ante annos plus minusúe ducentos ille Comitatus vacaret etiam beneficio Cæſario dicuntur Comites vel Duces Cliuenſes ad ſe tranſtuliſſe Comitatum eum: Sicut etiam Comitatum Geneff ante annos 150 ad ſe tranſtulit Dux Cliuenſis, de quibuſdam Comitibus & eorum nominibus in Geneff legi & illorum ſedem vidi quæ extat in Ducatu Cliuiæ, ſed de nominibus Comitum in Ringelberg nihil legi, interim certum eſt aliquos eius nominis fuiſſe: Verùm iam poſt longa tempora illorum memoria eſt apud poſteros deleta, adeo omnia ſunt caduca in hoc mundo. Noſtro tempore ita interijt Burgrauiatus in Reineck in Franconia, vltimo hærede Philippo decedente abſq; liberis maſculis, & hunc Moguntinus ad ſe tranſtulit Elector Daniel Breudel, licet olim præſtantiſsimi & multi Comites in Reineck extiterint.*

Roſtorff, *Hodie pagus in ditione Gottingenſi, &*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

fuere aliquando Domini nobiles de Roſtorff, vidi literas ſcriptas anno D. 1307. ſub hoc titulo, Tethardus nobilis Dominus in Roſtorff, & ante eum Melchior & Ludowich fuere feudatores arcis Hardiſſen, vbi eorum inſignia vt duæ claues adhuc exiſtunt, & illos ex Hardiſſen & Harſt caſtris eiecit Ottho armipotens Dux Brunſwicenſis, anno Dn. 1378. & Domini de Roſtorff peruenere ad ditionem Hardeſſen & Harſt per filiæ vltimi Comitis de Hardeck vni ex ipſis copulatæ coniugium. Locus ille paruit Ducibus Brunſwicenſibus noſtro tempore Duci Erico ſeniori deinde eius filio Erico iuniori, & modò Duci Iulio & eius filio Henrico Iulio excellentiſſimo Principi. Alibi quoq; adhuc exiſtunt Comites in Hardeck in Auſtria: Sic omnia pereunt & cuncta mutantur.

Raceburg, *Fuit olim proprius Comitatus, Helmoldus in ſuo Chronico lib. 1. cap. 9. facit mentionem Henrici Comitis in Raceburg, quæ eſt (ait) in terra Polaborum. Item apud Arnoldum Abbatem Lubecenſem lib. 1. ca. 32. fit mentio Bernhardi Comitis de Raceborch, & hic Arnoldus li. 4. ca. 2. & 7. numerat genealogiam Comitũ in Raceborch, Bernhar Comes habuit filium Henricum, qui genuit Bernhardum qui ducta ex Slauis nobili vxore Margaretha filia Ratibur Principis Pomeranorum, genuit Volradum Henricum & Bernhardum: Volradus & Henricus*

facti ſunt homines militares, Bernhardus factus eſt Clericus maioris Eccleſiæ in Magdeburgo. Tandem deficientibus fratribus per diſpenſationem ex Clerico Bernhardus factus laicus, vxorem duxit nobilem Adelheidam filiam Comitiſſæ de Alremund, ex qua filium Henricum genuit, qui in infantia moritur. Sic ruunt homines tam generoſi quàm plebei. Tunc Comitatus hic peruenit ad Ducatum inferioris Saxoniæ.

Fuere alibi in Holſatia aut finitimis locis Comites de Rupin, quorum meminit Cranzius in Saxonia libro 9. cap. 9. Quorum ſedem opinor potius in Marchia Brandenburgica fuiſſe.

S.

Stumpenhauſen, *Fuit Comitatus vel Dominium in Hoyenſi Comitatu in vicinia vrbis & arcis Nienborch. Exhibuit mihi ante annos ſeptendecim Ioannes Varenholtius ſenex & induſtrius (ex ordine Comitum in Hoya Secretarius piæ memoriæ, Miſſale vetus in cuius Calendario poſtremi numero 4. aut quinq; Domini in Stumpenhauſen erant expreſſi nomine tenus cum coniugibus. & quo tempore iſti mortui eſſent, ita quoq; multa ibidem erant indicia de Comitibus de Hoya. Ego illa omnia deſcripſeram ſed periculo aquarum, cum in profunditatem inciderem fluminis, eaq; me & meum currum inuaderet,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

deret, chartam, in qua illam hiſtorica annotaueram, ex pera mihi excidentem vis fluminis abripiebat, ita iſta mihi perierunt: Ideo illos, quos deſcriptos habebam, addere nequeo, ſed his lector mecum carere cogitur: Interim in Chronico Aldenburgenſium Cotum reperio, quod Henrici (qui erat filius Elimari 2.) filia N. ſit elocata VVedelindo Domino in Stumpenhauſen Domini Geronis filio: Cùm verò arx Stumpenhauſen, cuius paucißimæ reliquiæ conſpiciuntur in præfectura Newenborch, abrogaretur, eſt Neoburgum ex eo ædificatum, & propterea arx dicta noua. Hi Comites ædificarunt templum in VVitzen & quædam Comitiſſa in Stumpenhauſen donauit templum & Canonicos in Bucken cruce parua ex puro auro (quam multi viderunt) atq; habuerunt in Bucken ſuam ſepulturam iſti Comites: Sicut olim Comites Hoyenſes multis ſua Dominia ademerunt, ita alijs ſuas amplas ditiones relinquere coacti ſunt & ſimul interierunt: Hæc eſt hominum conditio & ruunt potentes & miſeri diuites ac pauperes.

Soltau, *Olim fuit proprius Comitatus, vt annotat Andreas Hoppenrodius, & recitat prolixius eorum genealogiam ex Chronico Saxonico, & oſtendit inde Duces Saxoniæ progenitos.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Suppelingburch, *Cuius inſignia fuere duo nigra cornua cerui. Gebhardus pater Lottharij Cæſaris fuit Comes in Suppelingburch, teſte Cranzio in Metro. libro 6. cap. 10. Antiquum Chronicon Saxonicum Rythmicum refert Suppelingburch Comitatum in Saxonia ſitum eſſe. Iam eſt ſitum officium & dignitas commendatoria in Ducatu Brunſwicenſi Henrici aut Iulij filij & Henrici Iulij nepotis Principum excellentiſsimorum in vicinia Cœnobij Regalis* Königeslutther/ *eo nomine dictum Suppelingburch, in quo loco dicunt fuiſſe veterem ſedem Comitum in Suppelingburch.*

Siegelenſtein, *Eſt arx antiqua in ampla præfectura Munden, cuius adhuc veſtigia aliqua ex parte conſpiciuntur, In Chronico Corbienſium Abbatum legitur quòd Brudo eques auratus Dominus in Siegelenſtein, cuius vxor fuit, Comitiſſa de Ziegenberge, quam perfodit, ſit damnatus ad perpetuos carceres in Carbeia Siegelenſtein, fuit Proprius Comitatus, quem ad ſe Ottho Dux Brunſwicenſis dictus armipotens tranſtulit iure belli, turbatis Comitibus loci, hinc ſemper geſsit in aurea catena aureas falces,* gülden Siechlen/ *Et ſic quoq; eſt exſculptus in ſuo ſepulchro in VVibershuſen: & inde initium ſumſere Duces Brunſwicenſes quod in Conis gerant falces: Tanta eſt in humano genere mutatio & variatio.*

Sale,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Sale, *Fuit olim Ducatus in Diœceſi Magdeburgenſi aut alibi in Marchia vel in inferiori Saxonia, Et fuit aliquando Antiſtes Corbienſis Erneſtus Dux in Sale.*

Sike, *Multi aiunt Dominos in Sike (tali enim nomine appellata eſt arx modò cum vico in Comitatu Hoyenſi) fuiſſe & habuiſſe ſedem propè pagum Nienkirchen in Comitatu Hoyenſi. Iſtius modò arcis hodie poſſeſſor eſt reuerendißimus & illuſtrißimus Princeps Philippus Sigiſmundus præſul Verdenſis Dux B. & L. frater Henrici Iulij.*

T.

In T. litera nihil huc referendum habeo, ſed in proximo dixi libro de Tecklenburch.

V.

Volmerſtein, *Proprium Dominium in amplißimo Comitatu de Marcka, & iam oppidum cum collapſo caſtro eius nominis eſt ſitum in præfectura VVetter (Leuoldus de Northoff in Chronico Marckenſium Comitum meminit Dominorum de Volmenſtene) & poſtquam vltimus Dominus Theodorus diſſentiret vel controuerſiam haberet cum Duce Cliuenſi, qui erat & eſt Comes de Marcka propter terminos & alia bona, & tunc bellum eſſet coortum propter vrbem Suſatum & eius ius inter Colonienſem Præſulem Theodorum natum Comitem in Mor-*

 ſe &

ſe & inter Ducem Cliuenſem Ioannem eiusq; filium Adolphum, ſtetit à partibus Præſulis Theodorus vltimus Dominus in Volmerſtein, & ita ille in iſto bello cecidit, & tunc Dominium atq; oppidum inuaſit Princeps Patriæ, Sed Theodori vltimi iſtius Dominij hæredis maſculi erat relicta vnica filia N. quam duxit Dominus in Heyſſen propè Hammonem vrbem, & cum ea obtinuit nonnulla bona, quæ partim in Monaſterienſi obtinebat is Dominus Theodoricus & ſui anteceſſores: Verùm in hoc mundo omnia vergunt ad interitum.

Vinmelſtein, Pagus in vicinia arcis VVolffenbuttel, Vidi in literis Henrici Comitis de VVoldenborch ſcriptis anno 1269. quòd teſtetur Conradum nobilem Dominum de VVinmelſtein eſſe ex ſua familia & genere coortum: An in illo pago iſti domicelli ſedes habuerint vel alibi ignoro: adeo longa tempora eximunt ex memorijs hominum, quid prius actum ſit, vt maximi quiq; & eorum nomina ſupprimantur: Ergo quilibet hoc agat, vt in libro vitæ ſcriptus habeatur.

Vlote, Arx in alto monte ad Viſurgim in vicinia Diœceſeos Mindenſis, Comitatus Schowenbergici & Lippienſis atq; Rauensburgici eſt ſita, & adhuc dicitur in der Herrſchafft Vlote | & in veteribus monumentis Comitum de Aldenburg reperitur, quòd Hen-

Henricus Humilis ſcripſerit ſe Comitem in Aldenborch & VVildeshuſen, Dominum in Vlote, & creditur illum per dotem perueniſſe ad Dominium, ſed cùm ille decederet abſq; hæredibus, aliò illud tranſlatum eſt. Philippus Comes de VValdech poßedit eam arcem & Dominium (ſicut & eius anteceſſores) & is tandem vendidit Duci Iuliacenſi & Bergenſi & Comiti in Rauensborch VVilhelmo huius VVilhelmi auuo materno, qui adiecit hoc Dominium Comitatui Rauensburgico: Sed hodie repetunt hoc vt ſuum proprium feudum Duces Lunaburgenſes & hoc nomine aiunt per iuris viam cum ab nepotibus iſtius Philippi Comitibus VValdechianis. Interim pro more humano & in hoc Domino conſpicitur mutatio & varietas.

VV litera.

Vvelpe, *Antiquus Comitatus ad viciniam Comitatus Hoyenſis, adhuc arx munita Vuelpe, ibidem viget & integra eſt, inſignia Comitatus erant duo cornua boum, Helmoldus & Arnoldus Lubecenſis in Chronico Sclauorum nominatim expreſſerunt aliquot nomina Comitum de VVelpe. Hi Comites fuerunt aliquando glorioſi & victorioſi Comites interim deſijt ipſorum ſtemma & ad alios tranſijt Comitatus: Sic*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Sic omnia ruunt & nihil eſt in hoc mundo ſtabile. Sed dicamus iam de Comitibus in VVelpe: Gerhardus Lippiacus, Epiſcopus, Bremenſis acriter pugnauit cum Bernhardo Comite de VVelpe & ei eripuit arcem Oſterberch (alij habent Ottersberch) teſte Cranzio in Metropoli libro 7. cap. 40. & eidem anno 1275. ademit Albertus bellicoſus Dux Brunſwicenſis & Lunaburgenſis magnum illum pagum cũ arce Rodewoldt, expugnauitq; in eo loco atq; arcem deſtruxit & pagum iſtum ad miliare in longitudine ferè extenſum adiecit præfecturæ in Nienſtadt (quæ modò dicitur Landetroſt) *anno 1277. & nonnulli putant huic Comitatui quoq; ſubfuiſſe caſtra & præfecturas Reeborch & Rydenwolt, alij etiam aſſerunt Cellam vrbem cum pertinentijs huic ſubfuiſſe: Tandem totum Comitatum iure belli ad ſe tranſtulit Vuilhelmus bellicoſus & ſenior Dux Brunſwicenſis anno 1435. an tunc interierint aut expulſi ſint Comites vel quibus medijs hoc ſit factum, ignoro. Hoc certum eſt quòd ante ſecula defecerint in ſua proſapia hi Comites. Vide Cranzium in Saxonia de his Comitibus lib. 12. cap. 31. Anno D. 1180. vixit Bernhardus Comes de VVelp, qui ſtetit à partibus Henrici Leonis, de hac re vide in ſupplemento derelictorum Helmoldi Autore Arnoldo Lubecenſi Abbate libro 1. cap. 32. vbi fit mentio Bernhardi Comitis de Vuelpe*

Vide

Vide quoq; Alberti Cranzij libros in Saxonia libro 6. cap. 30 & 43. & lib. 7. cap. 2. 5. & 18. Anno D. 1208. Iſo Comes in VVelpe factus eſt Epiſcopus Verdenſis, vt Cranzius in Metropoli ait lib. 7. cap. 30. & VVelpenſis Comes inuaſit vrbem Verdenſem teſte eodem libro 7. Metropolis cap. 48. Anno D. 1278. bellicoſi Bernhardi Comitis de VVelpe filius Bernhardus fit Epiſcopus Magdeburgicus, teſte Cranzio in Metropoli libro 8. cap. 38. Idem meminit in Saxo. libro 9. cap. 9. Henrici Comitis de Vuelpe. Noſtro tempore arcem VVelpe obtinuit Ericus ſenior & Ericus iunior atq; Iulius & eius filius Henricus Iulius, qui magnanimus Princeps hodie Comitatum occupat.

VVolffenbuttel, *Anno D. 1091. vixit ibi VVedekindus nobilis Dominus, cuius fit mentio in Saxonia Cranzij lib. 4. cap. 44. In ſupplemento derelictorum Helmoldi, auctore Arnoldo Abbate Lubecenſi libro 1. cap. 2. fit mentio Ecberti nobilis Domini in VVolffenbuttel & is fuit conſtitutus curator ſuper familias Henrici Leonis Ducis potentiſsimi. Anno 1193. Henrici Leonis filius Henricus inuaſit arcem VVolffenbuttel & Ecbertum dominum nobilem in Vuolffenbuttel cuſtodia tradidit. Anno D. 1118. citatur teſtis in literis VVedekindus nobilis Dominus in VVolffenbuttel, cuius filius fuit Ludolphus, Et huius filius Ecbertus, & iſtius frater Gunzelinus, qui fuit in*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

caſtris Otthonis 4. Cæſaris, filij Henrici Leonis. Et quanquam eam arcem ſemper poſteri Henrici Leonis obtinuerint, vt Duces Brunſwicenſes, tamen vixit adhuc Cōradus Dominus de VVolffenbuttel anno D. 1246 ſicut in Actis & annalibus quibuſdam legi: Sed ſic tranſit omnis homo, ſic tranſierunt omnes potentes huius ſeculi.

VVunſtorff, *Oppidum & caſtrum ſitum ad duo miliaria ab Hannobera vrbe, erat olim florentiſſimus Comitatus, qui non ſolum amplam præfecturam VVunſtorff ſub ſe complexus eſt, ſed etiam alias præfecturas vt Blomena & Ricklinck, vt quidam putant, alij etiam addunt Louwenow: Anno 937. fuit in campo equeſtri Magdeburgi Fridericus Comes de VVunſtorff. Horum facit mentionem Cranzius in Metropoli lib. 6. cap. 33. & lib. 8. cap. 16. Metropolis, & rurſum lib. eodem cap. 20. Idem lib. 12. cap. 31. Saxoniæ ſcribit, quòd Guilhelmus bellicoſus ad ſe tranſtulerit Comitatum in VVunſtorff, etc. Quod factum eſt circa annum Dn. 1446. quia Dux Guilhelmus emit à Ludolpho Comite in VVunſtorff aſtutè Comitatum, & is Ludolphus erat natus ex Iulio Comite in VVunſtorff & Iutta Comitiſſa nata de Deipholt, & eius Ludolphi erat frater Henricus, qui maturius moritur. Ludolphi coniunx erat N. Comitiſſa de Honſtein, ex qua genuit Magdalenam Dominam*

in Vuart-

in VVartborch, & Georgium qui vixit aliquandiu priuatim cœlebs Gandershemij ab anno 1527. vſq; ad annum 1531. & deinde abiens ad ſororem in arcem Vuartborch ibidem moritur: Vidi eius literas ſuo ſigillo & manu confirmatas anno D. 1528. Hic fuit vltimus Comes, ſed iam ex ſuo Comitatu turbatus is Georgius, fuit aliquandiu Vuolfferbiti Produx vel vice Dominus nomine Henrici Ducis Brunſvicenſis.

Cùm Ludolphus Comes eſſet prodigus & ferox vel indomitus Dominus, & temerè ita Comitatum ſuum vendiderat, venit ad patrem Iulium iam decrepitum glorians, ſe tanto precio vendiſſe ſuum Comitatum, reſponderat pater, O ſtulte fili, quòd ſi eo precio tibi oua emeres, vix haberes tot oua, vt ſingulis arboribus vnũ in noſtro Comitatu ouum opponere poſſes, adeo ſtultè egiſti. Ita pater nomine filij & tandem filius rediens ad ſe conqueruntur, quòd defraudati eſſent vltra dimidium, ſed fruſtra, illi interim eijciuntur ex proprio Comitatu, ita opera patrui Henrici, qui erat Thumherus Hildeſimenſis, arcem & præfecturam ſibi ab Epiſcopo certa pecunia oppignoratam in Vuinſenberg obtinet Ludolphus, & ideo ſe publicum Ducum Brunſvicenſium declarat hoſtem, & per inſidias capit iuniorem VVilhelmum Ducem B. & Lunæb. ſenioris filium anno Domini 1451. & in ea arce cùm ſe ſuo ære exemiſſet VVilhelmus,

 moritur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

moritur & pater Iulius primò & deinde filius Ludolphus, tùm eiecti Comites VVunſtorpiani. Sic illi tranſierunt & tranſeunt ſic omnes mundi Domini: Noſtro tempore arcem, vrbem & locum VVunſtorp obtinuerunt Duces, Ericus ſenior & Ericus iunior, deinde Dux Iulius & eius filius Henricus Princeps florentiſſimus.

Vvagria, *Fuerunt Comites de Vuagria, quorum ditio fuit alibi in Holſatia ſita, & horum ſæpius meminit Cranzius in Saxonia, & Holſatenſes Duces iam eum Comitatum obtinent, licet titulum ſibi non amplius vſurpent: tanta eſt in mundo mutatio.*

Vvalbke, *Fuit olim Comitatus, cuius caſtrum fuit olim ſitum propè vrbem Helmeſtedt in ſylua. A. D. 969. vixit Leuthardt Comes in Vualk, qui coactus à Cæſare Otthone cogebatur ex ſua arce Cœnobium Canonicorum Regularium inſtituere, & aliquando ad Comites in VValbke peruenit Borchgrauiatus Magdeburgicus, anno Domini 1024. Luderus & eius filius Bruno ibidem Comites, vt ſcribit Hoppenrodius, erant: Interim & illi fuerunt & tranſierunt, vt omnia humana ſubito caſu ruunt,*

Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

AD HERMANNVM HAMELMANnum S, Theologiæ Licentiatum & Superintendentẽ Eclesiarum in Comitatu & vrbe Aldenburgenſi, Virum reuerendum, clariſs. & doctiſsimum verſus Caſpari Schvvartzij patricij Tremoniani.

MActe igitur virtute animi vir & inclyte factis,
Pergito ſic patriã ex tenebris & nocte profunda
Ereptam dîas proferre in luminis auras:
Præmia ſic te digna manent, te ſera Nepotum
Sic meritum æternis celebrabit laudibus ætas:
Quàm præſens, ventura ſolet nam gratior eſſe,
Et ſua Mæonidem riſerunt ſecula Homerum,
Et ſua Virgilium tempſerunt ſecla Maronem:
Inclyta Mœonidis ſed nunc & magna Maronis
Fama viget, nullu morituraq́ gloria ſeclis.

Liber tertius

DE EMORTVIS ILLVSTRIVM HEROVM familijs,

IN TRACTATVM VEL LIBRVM TERTIVM DE PRINCIPATIBVS, COMItatibus & Dominijs inferioris Saxoniæ, Angriuariæ & VVeſtphaliæ, in quibus eſt aliqua mutatio facta,

Praefatio ad

AMPLISSIMVM, ILLVSTRI GENERE, DOctrina eximia, virtute præcipua, conſilijs & vſu rerum præcellentem nobilem, Dominum Henricum Ranzouium, Regium Vicarium & Conſiliarium, Satrapam Segebergenſem, multorum Dominiorum hæredem & poſſeſſorem, etc. Directa ab Hermanno Hamelmanno.

GRauiter, ampliſsime Heros, nobilium decus, Domine Henrice Ranzoui, qui regium Vicarium agis, magnasq; dignitates coram hoc ſeculo obtines, multaq; Dominia, atq; magna mundi bona poſsides, etc. dixit Pariſienſis Cancellarius Ioannes Gerſon in quadam Epiſtola: Ecce tempus breue eſt, mors incerta, omnia caduca in mundo, multi iam in ſepulchris fætent, qui ſe diu viuere æſtimabãt. Receſſerunt à memoria hominum, qui in ore verſabantur omnium. Colit mundus præſentes, abſentes neſcit, deſerit morientes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

entes. Huc alludunt plurima alia Sanctorum Patrum Teſtimonia: Baſilij dictum hoc eſt: Semper ante oculos tuos verſetur vltimus dies, cùm diluculo ſurrexeris, ad veſperam me confidas te peruenire: & cùm quieſcens in lectulo membra poſueris, de lucis ne confidas aduentu. Ambroſij ſententia talis eſt: Vita humana, quam viuimus, ſi tamen vita eſt dicenda, tàm breuis eſt, tàm caduca & vmbratica, vt ſperantibus eam antè defluat, quàm veniat, antè deſinat quàm cognoſcat: Hieronymus grauiter dicit: Facilè contemnit omnia, qui ſe moriturum ſemper eſſe cogitat: Auguſtini verba ſunt: Aſsidua mortis meditatio, eſt optimū genus Philoſophiæ: Gregorius inquit: Tota vita ſapientis debet eſſe meditatio mortis: Huc alludit Bernhardus aiens, certum eſt, quòd morieris, incertum eſt vbi, quomodo, quando, etc. Hæc ſunt nobis cogitanda, ruminanda & expendenda.

Ad te generoſe Domine patrone literarum literarumq; clariſsime, Domine Henrice Ranzoui, iam quartò redeo, adferens librum hiſtoricū, de varijs mutationb. quæ viſæ ſunt in quibuſdam inclytis Principum, Comitum & Dominorum familijs ſub annis centum, & à nobis obſeruatis, quomodo ſæpe maſcula propago vel linea in talibus illuſtrib.

gene-

genealogijs defecerit, quæ alioqui V. Ampliſſ. Excell. magis notæ ſunt, quàm mihi, vt ex hoc admoneamur nos ſenes & cani (qui iam annum 64. ætatis noſtræ exceſsimus, ego vt cliens, tu vt Dominus) imminentis mortis: Citò enim nobis moriendum erit: Etſi iuuenes ætate mori poſsint & ſæpe moriantur in medio flore & curſu vitæ ſuæ, tamen ſenibus ex neceſsitate moriundum eſt:

Accipe ergo, illuſtris Domine Produx, hunc quoq; paruum libellum cum prioribus libris, ſyncero vultu pro tua ſolita pietate & ſingulari erga ſtudioſos clementia, & tibi ſeni glorioſo, humilem ſenem Hamelmannum ſingulariter commendatum habe.

Chriſtus Ieſus filius Dei & noſter Emanuel, non proijciat nos in tempore ſenectutis noſtræ, cùm iam incipiat deficere virtus noſtra (videlicet in corpore ruinoſo & rugoſo) nec derelinquat nos, nec in hac noſtra ſenecta & canitie vnquam nos deſerat iuxta Pſal. 71. ſed faciat potius iuxta Pſalmum 92. vt in canicie noſtra germinemus & in ſenecta hac noſtra adhuc pingues & virides ſimus: Eidem Chriſto vos & veſtros commendo meis precibus.

Liber

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Liber tertius hoc eſt,

TRACTATVS DE PRINCIPATIBVS COMITATIBVS, DOMINIISQVE INFERIORIS SAXONIAE ANGRIVARIAE & VVeſtphaliæ, in quibus ſub annis centum aliqua mutatio eſt facta, licet adhuc maneant tituli: Vnde obſeruatur quam ſit breue & miſerum humanæ vitæ curriculum: quantaq; ſit in hominum ſtatu varietas.

In litera A nihil reperio.

B.

Brunckhorſt *Comitatus, cuius vltimus maſculus hæres & Comes Iodocus abſq; hæredibus, quos nullos ex Maria Comitiſſa Hoyenſi habuit, moritur, tunc peruenit ad eum Comitatum Hermannus Georgius in Limpurg Dominus in Stirm & VViſch, interim & ab eius poſſeßione ſunt huius hæredes depulſi.*

Ducatus Bergenſis noſtro ſeculo ſenſit mutationem, nã mortuo maſculo hærede vltimo VVilhelmo tertio Duce circa annũ D. 1511. tranſijt per pacta dotalia ille Ducatus ad Cliuenſes Duces, quando Ioannes tertius Dux Cliuia & Comes de Marcka vnicam iſtius VVilhelmi filiam Mariam duxiſſet ſibi coniugem, ex quo natus eſt VVilhelmus quartus Dux Bergenſis, qui hoc anno D. 1590. in magno ſupereſt ſenio. Et hîc ſupprimendum non eſt, quid acciderit Adolpho Comiti

miti Bergenſi, is in prælio capit anno D. 1280. Sifridum Archiepiſcopum Colonienſem & per ſeptenium detinet donec ſe magna vi pecuniæ liberaret: Interim Epiſcopus ille iam liber factus contra fidem datam per inſidias capit eundem Comitem Adolphum & hîc ab Epiſcopo per æſtatem ferrea & melle illita, vt ab inſectis miſerè vexaretur, cauea nudus ita incluſus circumducitur tetroq́ in carcere vſq; ad finem vitæ detinetur & ita miſerè perit. Sic etiam miſeriæ & calamitatibus magni Domini ſubiecti ſunt: Et hæc ſunt egria Epiſcopi facta.

Broick (*quod eſt ſitum inter vrbes Aſsindiam & Duſtergam) Dominium obtinuit hactenus VViricus de Thun Comes in Falckenſtein & Oberſtein, Dominus in Falckenborch & Broich, ſed iam Dominium hoc eſt vaſtatum.*

In C & D *litera nihil reperio.*

E.

Eſens, *In Dominio Eſenſi facta eſt talis permutatio: Cùm vltimus maſculus hæres huius Dominij nobilis Dn. Balthaſar Dn. in Eſens & Vuittmunde, anno D. 1540. moreretur, accedit illud Dominium Otthoni Comiti de Retberge, qui huius Balthaſaris ſororem Annam habuit ſibi Contheralem:*

huius

huius Comitis Otthonis filius Ioannes genuit ex Agneza Benthemenſe duas filias Dominam Armegardam elocatam D. Erico Comiti Hoyenſi & poſtea D. Simoni Comiti Lippienſi (quæ abſq; liberis diſceßit) alteram VVolpurgim elocatam D. Ennoni Comiti & Dn. orientalis Phryſiæ, ex quo dum peperiſſet duas generoſas puellas animam agit quoq;.

In litera F *nihil reperio.*

G.

Geldria, *Magnam ſenſit mutationem & variam noſtro tempore: Mortuo Carolo Geldriæ Duce maganimo & audaci A.D. 1538. vltimo maſculo hærede (qui ex Eliſabetha Lunæburgica nullam prolem genuit) ex communi procerum ſuffragio eligitur Princeps VVilhelmus Dux Iuliacenſis & per aliquot annos hunc Ducatum obtinuit is, donec ex Africa rediret Carolus 5. Cæſar & ciuitatem Ducatus Iuliacenſis vi & armata manu obtineret Duram, & Ruremundam detitione caperet aliaq; iſtius Ducatus oppida ſibi ſubijceret, Carolus 5. Cæſar magnumq; timorem Principi iuueni magna exercitus ſui copia incuteret, quia magna celeritate illas vrbes ſatis munitas inuaſit: Ideo ipſo Principe Guilhelmo reſignante hunc Ducatum & facto Cæſari ſupplice acceßit hic Ducatus Carolo Cæſari & eius filio Philippo Hiſpaniarum Regi, verum ſub annis viginti*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

quanta fuerit ibi mutatio hinc inde ex hiſtorijs notum eſt: Nunc gubernatores Belgiarum prouinciarum nomine Regis Hiſpaniarum Ducatum aut partem eius obtinuerunt, nunc ſtatus Belgicarum factionum obtinuerunt & obtinent ſicut hodie euentus docet, aliquam partem.

I.

Iuliacenſis *Ducatus, in quo multi Comitatus & Dominia ſubſunt vt in Nawenar, VVickradt, Hinsborch, Diſth & Niſſaw, mortuo anno D. 1511. vltimo maſculo hærede VVilhelmo Gerhardi filio, VVilhelmi nepote Duce Iuliacenſi & Bergenſi, Comite in Rauensburg abſq; maſculo hærede, Et is tantum haberet vnicam filiam ex Sybilla Brandeburgica Mariam, eam Ioanni Duci 3. Cliuiæ Comiti de Marca elocaret, is eodē anno videlicet 1511. vtrumq; Ducatū regendum ſuſcipit, cui anno D. 1539. mortuo VVilhelmus Dux Cliuiæ & Iuliacenſis filius vnicus ſuccedit, & hic VVilhelmus (qui aliquando in Ducem Geldriæ creatus eſt anno D. 1539. & inde anno D. 1543. cedere coactus eſt (cuius adhuc vnicus reſtat filius Ioannes VVilhelmus, qui ex Badenſi coniuge nullam adhuc procreauit prolem, vt timendum ſit nouam aliquando in eo Ducatu futuram mutationem.*

Iheuer, *Ditio regebatur ab anno D. 1490. vſq; ad annum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

annum 1510. per Edonem VVimmecken (eius nominis ſecundum) qui habuit coniugem Helwigam Gerhardi Comitis Aldenburgici filiam, Comitis Ioannis ſororem, ex qua genuit Chriſtophorum, Annam, Mariam & Dorotheam, mox moritur unicus maſculus hæres Dominus Chriſtophorus circa annum 1518. mortuo illo eijciuntur ſorores tres filiæ Edonis VVimmekeni 2. & ſorores D. Chriſtophori per Ennonem ſecundum Comitem orientalis Phryſiæ ex patria ſede: is tandem in arce Iheuerana ſorores quaſi captiuas tenuit, regente arcem & ditionem, in qua comprehendũtur VVagrij, Oſtringij & Ruſtringij Phryſij, Boingo Capitaneo ac Domino in Olderſen & Gudeſen, nomine Comitis Ennonis, ſed irritatus Boingus à Comite, defecit ab eo & totam ditionem legitimæ hæredi Mariæ Domini Edonis filiæ, quæ ex tribus filiabus D. Edonis & tribus ſororibus iam tum anno D. 1528. ſola ſupererat reſtituit: Illa ſe imperio Caroli 5. Cæſaris ſubiecit & ſuam ditionem tanquam feudum Burgundicæ aulæ & domui ſubdidit, ſic liberatur ab Ennonis Comitis potentia, & ab eo tempore adhuc per annos 40. Domina Maria virgo ſuam ditionem prudenter, iuſtè & tranquillè gubernauit & tandem auunculi ſui Ioannis Comitis Aldenburgici nepotem ex filio D. Antonio Comite, D. Ioannem Comitem auo cognominem, ſuarum ditionem verum & indubitatum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

hæredem deſignauit & in realem poſſeßionem ſui dominij immiſit, & anno D. 1573. moritur. Et cum hoc nomine in aula Bruxellenſi litem D. Ioanni Comiti Aldenburgico & Delmenhorſtano, moueret Ezardus Comes orientalis Phryſiæ & ab anno 1575. per aliquot annos controuerſia penderet & ſub iudice ventilaretur tandem anno D. 1588. ſententia pro Comite Aldenburgico prolata fertur, ſed reuiſionem petijt Comes Ezardus.

In litera K & L nihil reperio.

M.

Morſe, Comitatus etſi vltra Rhenum verſus Ducatum Cliuiæ ſitus ſit, tamen habet ab hac parte Rheni in VVeſtphalia, aliquot bona circa Dusbergam vrbem das Kreßlerffelt: Ioannes maſculus iſtius Comitatus hæres vltimus, cuius filius Bernhardus ante patrem moritur, reliquit filiam N. quam elocauit VVilhelmo Comiti de VVeida, pij & conſtantis confeſſoris Hermanni Electoris & Archiepiſcopi Colonienſis fratri, qui etiam mutato titulo, ſcribit ſe Comitem in Morſe, & ex hoc naſcitur vnica filia Anna, quæ prudentiſsimo Comiti Domino Vuilhelmo Comiti in Newenar, & Domino in Bethbar e-

loca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

locatur à patre (qui ita Morſenſem Comitatum conſequitur in dotem) qui fuit Cæſaris Caroli 5. conſiliarius, cuius frater fuit doctiſsimus hiſtoricus præpoſitus Metropolitanus Colonienſis, Hermannus Comes de noua Aquila (ita ſalutabatur à viris doctis) nobilis Poetæ Hermanni Buſchij patronus. Hic VVilhelmus genuit filium Hermannum patruo nomine doctrina & ingenio ſimilem & filiam N. quæ poſtea eſt elocata cognato Comitis Hermanni in quarto gradu, Adolpho Comiti Newenario & Limpurgico Humberti filio Domino in Alpen Bethbar, & Lenep. Hermannus Comes doctiſs. ex Naaſſouica Principis Vraniæ VVilhelmi & Ioannis Naſſouici Comitis ſorore N. vllam ſuſtulit prolem, ita admittitur ad illum Comitatum mortuo Hermanno Comite Comes Adolphus ipſius affinis qui quoq; nullum ex ſorore Hermanni hæredem reliquit, ſed hoc præterito Anno 1589. Adolphus moritur prius exutus omnibus ſuis bonis & varijs periculis agitatus: In quo vt multorum Comitatuũ ac Dominorum hærede Domino ac poſſeſſore exemplum habemus, ne quis in potentia, in regionibus, in diuitijs vel in Dominijs confidat, quia in mundo ſunt omnia vana: Ad quem poſt hunc demortuum Adolphum iam perueniat Comitatus Morſenſis, an ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

an ad Ducatum Cliuenſem, vel ad aliam Regionem ignoro.

In litera N *&* O *nihil reperio.*

P.

Pirmont, *Eſt nomen Gallicum, ut* Tremont. *Fuit aliquādo Abbas Corbeienſis Bodo, Comes in Pirmont, vltimus eius Comitatus maſculus hæres fuit Philippus filius Friderici & nepos Philippi etc. qui in bello ad Quintinum anno D. 1558. geſto perijt Heros excellens in die Laurentij & eſt Cameraci ſepultus in ſummo templo: Huic ſucceßit Hermannus Simon Comes Lippienſis, qui ducta Vrſula ſorore Philippi in vxorem, fit poſſeſſor iſtius Comitatus ſed voluit ab hoc Comitutu excluſum Rembertus Epiſcopus Padenbornenhs qui hunc Comitatum vt ſuum feudum poſt demortuum vltimum maſculum hadem ad ſe & ſuam Diœceſin transferre voluit: Sed mortuo illo ſucceſſor Ioannis Comes Hoynenſis & Sobrinus Hermanni Simonis vt Padenbornenſis præſul (qui erat etiam Epiſcopus Monaſterienſis & Oſnaburgenſis) effecit, vt conſentiente Capitulo Maioris Eccleſiæ inaugurafetur Hermannus Simon iſto benefico vel Comitatu & fieret Eccleſiæ Padenbornenſis Vaſallus: Hic Hermannus Simon genuit filium vnicum Philippum nomine, qui cum Archiepiſcopo Bremenſi Henrico Duce Saxoniæ, Angriuariæ VVeſtphaliæ, Adminiſtratore*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſtratore Eccleſiarum Oſnaburgenſis & Padenbornenſis, Coloniam proficiſceretur, in itinere cœpit ægrotare & mox moritur, anno D. 1583. per eius mortem mater territa, ſtatim illa nobilis & pia matrona incidens in ægritudinem, mox quoq; extinguitur: cuius deinde nepotes ex ſorore VValpurgi vidua Georgij Comitis à Gleichen Domini in Thonna, & filij prædicti Georgij & VValpurgis tres fratres Philippus, Erneſtus Ioannes, Lodouicus & Georgius iunior armata manu, vt veri hæredes, nomine matris arcem Pirmontanam inuadunt & occupant: Et licet eam arcem & Comitatum vt ſuum feudum repeteret prædictus Princeps Padenbornenſis præſul Henricus Dux Saxoniæ, & cum illo Cathedralis Eccleſiæ capitulares ac milite cingerent arcem Pirmunt, copioſo tamen auxilio illuſtriſſimi Brunſwicenſium Principis Ducis Philippi de Grubenhagen & nobilium fratrum de Salderen in primis Henrici & Burchardi retinuerunt arcem, & re infecta Padenbornenſes ab obſidione arcis diſceſſerunt: Credo totum iam negotium iuri commiſſum aut compoſitum. Arx illa eſt eleganter munita & extructa per Hermannum Simonem Comitem Lippienſem.

In litera Q nihil reperio.

R.

Rhede, *Dominium per pacta dotalia peruenit*

 mortuo

mortuo vltimo maſculo hærede Conrado & fratre eius Otthone Comitibus in Tecklenborch, ad Comites Benthemenſes, quando duceret EuerWinus Comes in Benthem vnicam filiam Conradi ex Chriſtina Haſſiæ Landtgrauia natam Annam, & cum ea Dominium in Rheden conſequeretur.

Ritberg, Comitatus, cuius in maſcula ſtirpe vltimus hæres fuit Ioannes, qui cùm aliquando fratrem Otthonem Comitem in Ritberg ex arce & Comitatu Ritbergico excluderet, vt incertis ſedibus diu hinc inde vagaretur & tandem in obſidione & caſtris Caroli 5. ante vrbem Metenſem moreretur, nunquam reuerſus ad ſuum Comitatum, ſic demum & hic in arce ea obſidetur & capitur, anno Domini 1558. atq; ita captus nunquam rediјt ad hunc ipſum ſuum Comitatum, ſed quoq; moritur in peregrinis locis. Huius ex Agneza Comitiſſa Benthemica, filia Armegarda nupſit Erico Comiti Hoyenſi, Heroi pio, qui ita viuus obtinuit Comitatum eum, ſed eo mortuo abſq; hæredibus D. Armegarda nupſit Domino Simoni Comiti Lippienſi, qui quoq; hunc Comitatũ & arcem obtinuit, quamdiu D. Armegarda viueret: Verùm illa mortua deuoluitur ius huius Comitatus ad ſororẽ VValpurgim & eius nobiliſs. ac generoſum maritum Dominum Ennonem Comitem orientalis Phryſiæ, qui illam arcem & Comitatum obtinet,

ſed cùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſed cum iam VValpurgis eius Conthoralis mortua ſit, credo eius Comitatus Dominium & poſſeßionem cum reliquis Dominijs deuolendam ad vtriusq; liberos, generoſas inquam filias.

Rauensborch, *Comitatus VVeſtphaliæ proprius, qui vltra centum annos Bergenſi Ducatui ſubfuit, ſed rurſum ille Comitatus ſenſit mutationem, anno D. 1511. Nam mortuo maſculo hærede, Duce Bergenſi & Iuliacenſi, VVilhelmo tranſijt ad Duces Cliuenſes & Comites de Marcka, quia iſtius VVilhelmi vnicã natam ex Brandeburgica Sybilla Mariam duxit vxorem Ioannes 3. Dux Cliuenſis anno D. 1496. & genuit VVilhelmum anno 1516, natum, qui adhuc anno 1590. ſupereſt.*

S.

Spiegelberg, *Comitatus, cuius vltimus erat maſculus hæres Philippus Friderici filius Philippi nepos, abnepos Mauritij, cuius filius Mauritius iunior fuit Abbas in Coruele: Iunior Philippus moritur in copijs vel caſtris Philippi Hiſpaniarum Regis ante Quintinum poſitis, transfixus globo. anno D. 1558. tunc conſentientibus Dominis huius feudi vel Comitatus Ducibus Brunſwicenſibus Henrico iuniore Ducis Iulij patre, & Erico iuniore fratruelibus ducit iſtius demortui Philippi ſororem Vrſulam Hermannus Simon Comes Lippienſis, & cum*

ea ſibi coniuge adſociata accipit in feudum à prædictis Ducibus Comitatum hunc & ei naſcitur filius Philippus, qui poſt patrem demortuum anno D. 1576. & partem Comitatus Lippiæ cum duobus Comitatibus Spiegelberg & Pirmunt obtinuit vſq; ad annum 1583. in quo moritur & ipſe dum eſſet aulicus & beneficiarius præſulus Padenbornenſis Henrici Ducis Saxoniæ & VVeſtphaliæ, etc. in itinere, quando Epiſcopus Coloniam tenderet (non vt quidam volunt in bello Colonienſi) turbata morte filij, vidua mater domina Vrſula ſtatim quoq; animam agit, tunc Vrſulæ nepotes ex ſorore VValpurga vidua Georgij Comitis in Gleichen & Domini in Thonn, Philippus Erneſtus, Ioannes Lodouicus, Georgius iunior, ex gratia Principum feudi, vt Ducis Iulij & Ducis Erici admittuntur ad hunc Comitum & eodem per Principes prædictos clementer inueſtiti ſunt.

T.

Tecklenborch, Comitatus, cuius arx eius nominis ſplendida quidem, ſita eſt in monte edito duobus ab Oſnaburga miliaribus, huius vltimus maſculus dicitur ab hiſtoricis hæres Conradus natus Otthone patre & Armegarda Comitiſſa in Ritberch, Conradus autem inter fratres vt Nicolaum & Otthonem natu minimus, tamen viuo parente inuaſit Comitatum & parentem Otthonem in vincula coniecit anno D. 1514.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

D.1514.ſed opera ſororis, Comiti Brunchorſtiano elo-
catæ, implorantis auxilio præſulum Monaſterienſis
Erici Saxonici Ducis de Lowenborch, Erici Oſnabur-
genſis Ducis Brunſwicenſis de Grubenhagen, atq; Co-
mitum Aldenbergenſis, Lippienſis, Ritbergenſis, eri-
pit patrem ex vinculis: pater vt cederet filio arcem
Rheden occupat, & filio relinquit Comitatum Te-
cklenburgicum, interea adhuc viuebat eius patruus
Nicolaus in Dominio & arce Lingen, quam ademit
anno D.1519. iſti Nicolao Epiſcopus Monaſterien-
ſis Ericus Saxo de Lewenborch & eam cum dominio
ſuæ fecit ditionis videlicet Monaſterienſis, ſed cùm
ſe ſubmitteret Comes Nicolaus Duci Geldriæ Carolo
maganimo & audaci Principi eiq; Dominium Lin-
gen faceret feudum atq; ab eo vt beneficiarius & Va-
ſallus in feudum hunc Comitatum ſuſciperet, reſtituit
eum, vt per aliquot annos & arcem cum vrbe
& Dominio toto Lingenſi pacificè poßideret, nec Mo-
naſterienſes contra Geldrum potentem hoſtem ne hi-
ſcere quidem auderent, tandem Nicolaus moritur,
& nullam ex Eliſabetha Comitiſſa de Morſe vxore
prolem reliquit. Illo circa annum D.1524. vt, puto,
mortuo, eam arcem Conradus quoq; inuaſit, & in
feudum à Geldro accepit, interea dum alter fratrum
nempe Nicolaus ſe in militiam reciperet, & Ottho
quidem Canonicum Colonienſem ageret, atq; opi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

mum beneficium in præpoſitura Collegij ad S. Ioannem Oſnaburgi obtineret, occumbente fratre Nicolao in pugna vel acie regni Daniæ, auff der Ochſenbrück / voluit pro more Maiorum Comitatus diuidere cum fratre Conrado Dominus Ottho, ideo Eccleſiaſtica beneficia reſignauit, ſed leui de cauſa à fratre Conrado vinculis traditur & amentiæ accuſatur & ſic in vinculis viuo fratre hæret. Interim Conradus ex Chriſtina Landtgrauia Haßiæ genuit vnam filiam Annam, quæ elocatur Euerwino Comiti Benthemenſi & de Stenfurdt: Verùm mortuo iam Geldro Principe Carolo dum pugnarent De Ducatu Geldriæ, Carolus 5. Cæſar, & VVilhelmus Dux Iuliacenſis per aliquot annos atq; tandem anno D. 1543. victor euaderet Carolus 5. Cæſar, & interea iam ſe ad caſtra Principum fœderis Schmalckaldici Conradus Tecklenburgicus recepiſſet, nec ſuum beneficium hoc eſt, Dominium Lingenſe à Carolo fideliter ſuſcepiſſet, quando rurſum Carolus 5. victoriam contra Principes Schmalkaldicos obtineret, eum per Maximilianum Comitem Burenſem eo Dominio exuit & ad ſe recepit: Interim mihi conſtanter referunt (quod ex magnis viris audiui) ſi Comes Conradus ſe ſupplicem præbuiſſet Burenſi, certis potuiſſet conditionibus illud Dominium retinere: Ita Lingen Dominium eſt adhuc Regis Hiſpaniæ Philippi in VVeſtphalia præ-
ſidium

ſidium. Interim mira res, Conradus inuidebat fratri Dominium, quod alij vt peregrino inuitus tradere poſtea coactus fuit: Mortuo Conrado anno D. 1556. cùm iam Comes Benthemenſis Euerwinus hunc Comitatum obtineret, Ottho Comes ſenex decrepitus Conradi frater per nepotem Annam Conradi filiam, & Euerwini coniugem ex vinculis eripitur, honoratur vt patruus, & fouetur atq; honeſtiſſimo loco habetur, & ei miniſtri aliquot adiunguntur & tanquam Comes & vltimus maſculus hæres iſtius nobiliſſimæ ſtirpis ſuſtentatur, donec ſexennio elapſo poſt mortuum fratrem Conradum & ipſe vitam cum morte commutaret anno Domini 1562. quando ante ipſum mortuus eſſet affinis Euerwinus Benthemenſis.

VV.

Vvitmunde Dominium ſenſit mutationem circa annum Domini 1540. quo anno moritur iſtius dominij maſculus hæres. nobilis dominus Balthaſar perpetuus Bremenſium hoſtis, & ſic poſt eius mortem hoc Dominium deuoluitur ad Otthonem Comitem Ritbergicum, cui in coniugem tradiderat ſororem Annam Dominus Balthaſar: Huius filius Ioannes ſuccedit patri in hoc Dominio, & reliquit duas filias ex Agneza Benthemica Comitiſſa, Armegardam &

VVol-

VValpurgam, ipſe tandem captus diu vinculis detentus moritur Coloniæ: Armegarda elocatur Erico Comiti Hoyenſi, & is fit Dominus huius ditionis, ſed moritur anno D. 1575. nulla relicta prole, ita ius huius ditionis rediit ad ſororem D. VValpurgicam, quæ nupſit Ennoni Comiti orientalis Phryſiæ Ezardi primogenito, & illa (VValpurga) quoq; mortua eſt, relictis duabus filiabus hæredibus.

Z.

Zutphen *vel* Zutphania, *Proprius Comitatus ac ciuitas munita ab hac parte Rheni eſt Ducatui Geldriæ incorporatus. Eſt autem mutatio facta in hoc Comitatu mortuo Geldriæ Duce Carolo anno D. 1538 nam eligebatur à Proceribus VVilhelmus Iuliæ Dux Ioannis 3. Ducis Cliuenſis vnicus filius anno D. 1539. qui erat quoq; in Teſtamento Caroli Ducis nominatus hæres & ſucceſſor in Ducatu Geldrico & Comitatu Zutphanienſi: Sed cùm propterea apertum oriretur bellum inter Carolum 5. Cæſarem (qui multum iuris in eum prætendit Ducatum) & VVilhelmum Ducem Iuliacenſem atq; Bergenſem, Comitem de Marcka & Rauensburgicum Ioannis 3. Ducis Cliuenſis vnicum filium (qui per triennium obtinebat Ducatū Geldriæ & Comitatum Zutphanienſem) & initio rem proſperè gereret iuuenis Princeps VVilhelmus, tandem Carolus 5. cum magno procedens exercitu, depopulatus eſt*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tus eſt Ducatum Iuliacenſem, & inuaſit Geldrienſem Principatum, atq; eius vrbes ſuperauit & ſibi ſubiecit: Ideo VVilhelmus opera & interceßione Hermanni Colonienſis Electoris & Henrici iunioris Ducis Brunſwicenſis, patris Ducis Iulij, aui Henrici Iulij reconciliatur Cæſari & cedit à Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ. Sunt etiam ſub viginti annis variæ in hoc Comitatu mutationes factæ. Verus & hæreditarius eius poſſeſſor eſt Rex Hiſpaniæ, qui ſemper arcem & vrbem poſſedit, interdum amiſit, interdum etiam ſtatuum Hollandiæ proceres eam inuaſerunt: Ideo nihil eſt ſtabile nec ab omni parte beatum in hoc mundo.

De paruis quibuſdam VVeſtphaliæ Dominijs, in quibus eſt aliqua mutatio facta, aut quæ aliò tranſlata ſunt, breuis relatio.

In litera A & B nihil habeo.

C.

Caſtrop, *Oppidum & proprium olim Dominium in amplißimo Comitatu de Marcka VVeſtphalorum, quod adhuc hactenus propriam habuit Iuriſdictionem & iudicium: Eſt non admodum procul ſitum ab vrbe Imperiali Tremoniana, vidi in Cata-*

logo vel regiſtro illuſtrium Canoniſſarum generoſi Collegij virginum in vrbe Aßindia, ibidem fuiſſe Canoniſſam Margaretham natam Dominam de Caſtorff: Tandem per dotalem compoſitionem peruenit Dominium Caſtorff ad nobiles Dominos de Struncke-de, quibus poſtea Princeps patriæ, neſcio quibus de cauſis ademit illud Dominium & Comitatui ſubiecit: Sic euanuit titulus iſtius Dominij, euanuerunt etiam & Domini, quorum nomina nulla mihi cognita ſunt aut fuerunt: Sic ruunt ſingula & nihil eſt validum. De his rebus certiora dare poterant ibidem exiſtentes nobiles & egregij viri Georgius Scheel Archiquæſtor Hordenſis, & Caſparus Schwartzius patricius Tremonienſis.

Crange, Eſt quoq; Dominium in eodem loco de quo dicam, quando de Dominio Strunckede dicturi ſumus.

Horſt, Dominium inter oppida Aßindiam & Recklinckhuſen, vbi eſt arx pulcherrima ædificata à Rotgero Marſcalco Colonienſi & iam illud eſt ad alios translatum.

Oiſtfreislandt vel orientalis Phryſia continet multos minores Dominos vel minora Dominia, quibus tamen certi pagi ſubſunt, in quibus plenam habent iuriſdictionem Domicilli illi, & in his ſuis Dominijs fuit per annos centum ſemper varia mutatio ſpectata.

ta: Illos ſua lingua Germanica vocant Hoffelinck, hoc eſt, Dominos qui ita præſunt: Sunt autem illa dominia ibidem ordine exiſtentia, Olderſen, Gudenſen Knipenſen, Inhauſen, Zutzeborch, Dorm, Lopperſen, Petken, Loqueren, Peueſen, Vphauſen & Inhauſen & plura quorum nomina non occurrunt: Et in his omnibus vidimus variam mutationem noſtro etiam tempore.

Ouede, Fuit Dominium in Ducatu Bergenſi inter oppida Rattingen & Retwich, & poſtea nobiles de Eller hoc poſſederunt & de eo ſibi titulum vſurparunt, ſed hoc Dominium ademit eis Princeps patriæ iſtius.

Ruenthael, Arx fuit & Dominium olim propè vrbem Hattingen, in Comitatu ampliſsimo de Marcka ad terminos Ducatus Bergenſis ſub præfectura Blanckenſtede & ruinæ arcis ibi adhuc extant, & ibi habitarunt nobiles Domini, qui ſe ſcripſerunt Dominos in Ruenthael, ſed eam Comites de Marcka deſtruxerunt, hîc nihil eſt validum.

Strunckede, Fuit olim proprium Dominium in VVeſtphalia, & ad hoc pertinuit caſtrum & dominium Crange, in ampliſs. Comitatu de Marcka ad milliare ab vrbe Tremonia. Vidi in Catalogo illuſtrium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Canoniſſarum generoſi Collegij in Aßindia aliquot nobiles Domicellas fuiſſe ibidem Canonicas: Ego hoc vnum ſcio, quòd nobiles de Strunckede matrimonia cum Comitum filiabus ſæpè contraxerunt: Et ego ante paucos annos noui ingenioſum & doctum nobilem VVilhelmum à Strunckede: Leuoldus de Nortorff ſcribit in Chronico Comitum de Marcka, quòd Engelbertus Comes de Marcka caſtrum Strunckede anno D. 1317. deſtruxerit, & tunc ſine dubio Dominium iſtis tunc nobilibus eſt ablatum: Interim reædificarunt caſtrum Strunckede & nobiles in eo loco adhuc habent amplas poſſeßiones: Sic nihil eſt in hoc mundo diuturnum.

Vitnickhoff, *Quondam proprium dominium, & arx huius Dominij fuit ſita ad dimidium milliare ab vrbe Aßindia in Comitatu ampliſsimo de Marcka, vbi adhuc eius reliquiæ videntur: Fuere in aula Colonienſis Archipræſulis Conradi de Hoeſtede circa annum D. 1258. nobiles Domini, Henricus de Rennenberge, & Theodorus de Vitnickhoff fuit eques auratus: Fuerunt etiam illuſtres aliquot Canoniſſæ in generoſo Collegio Aßindienſi, ex hac familia oriundæ: Poſtea in vicinia eius loci ædificarunt nobiles de Schelen arcem & huius Dominij bona aliquot poſſederunt.*

In Holſatia quoq; huiuſmodi multa ſunt, in quibus varia mutatio accidit. Nam ut de familijs & poſſeſſioni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſionibus nobilium (qui ea libertate ſuis dominijs ac bo-
nis fruebantur, qua Comites in Germania) nihil dicā,
quarum vltra centum iam planè deſijſſe, vt quorun-
dam vix nomina ſuperſint, priſca monumenta teſtan
tur; Ipſam Holſatiæ regionem ſolùm inſpiciamus, quæ
ab eo tempore, quo certæ cuiuſdam prouinciæ ſpeciem
accepit, ac vnde certa aliqua huius rei memoria peti
poteſt, quatuor diſtinctis familijs paruit. Primi Hol- I.
ſatiæ ſiue Nordalbingæ Domini fuerunt Saxones &
quidem progenitores VVidekindi & huius poſteri ex
quibus Impp. orti, Henricus Auceps, Ottho 1. cogno-
mento magnus, Ottho 2. & Ottho 3. qui omnes ſuc-
ceßione eandem ſibi vendicarunt. Continuis autem
ferè bellis, obſidionibus & irruptionibus, in confinibus
vrbis Sleſvvicenſis, ſub dictis Imperatoribus hæ gentes
(quæ à morte Caroli ac Ludouici pij Impp. Holſatia,
Stormaria, VVagria & Dithmarſia vocatæ ſunt) à
Slauis, Vandalis, ac Regibus Daniæ exagitatæ fuerunt
150. integros annos, donec Ottho Imperator Her- II.
manno Billingio, nobili Lunæburgenſi eas vnà cum
patria in feudum ſub Comitatus titulo conceßit.

Præterea harum ditionum Dynaſtia ad Comi III.
tes Schovvenburgēſes peruenit à Lothario illis donata,
qui virginem ex Billingiorum familia, cùm maſcula
nulla proles ſupereßet, duxit, & ſic harum regionum
Dominus factus eſt. Vnde quoq; accidit, vt ex hac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

familia orti Comites ſe Schowenburgi & Holſatiæ ſcripſerint.

IV. *Deniq; Adolpho vltimo ex Comitibus Schowenburgenſibus, Comite Holſatiæ (qui per multos annos cum Regibus Daniæ de Ducatu Sleſwicenſi contendens varia ac diuerſa bella geßit, in quibus fratrem ſuum ſeniorem, Henricum vulneratum antè Flensburgum amiſit, & tandem eundem Ducatum in feudum accepit) mortuo: hæ regiones ad eius ſororis Heilwigis filium, Chriſtianum, 1. Comitem Oldenburgenſem, cuius maiores è Regibus Saxoniæ & linea VVidekindi ſunt orti, & ſic ad veros & veteres hæredes, electione ac tranſactione cum Comitibus Schowenburgenſibus facta redierunt. Huius Chriſtiani rogatu illas Ducatuum nomine Fridericus 3. Imp. donauit, à quo Chriſtiano aliquot proximi Reges Daniæ, & ijdem Holſatiæ Duces deſcenderunt, ſub quorũ tutela etiamnum feliciter hæ terræ acquieſcunt. Verùm hæc & alia tu, Illuſtris Ranzoui, optimè noſti, quem nihil huiuſmodi fugit.*

Atq; hæc humanarum rerum vicißitudo eſt ac inconſtantia, quæ ut deſpicienda eſt: Sic ad ſuperna iſta ac cœleſtia regna, quæ ſine mutationib. ſine fine manẽt ſemper firma & inconcuſſa, vnicè ac indefeſſo ſtudio eſt ſuſpiciendum ſuſpirandumq́. Quod ipſum te quoq; Generoſe Senex, aßiduè factitare, argumento eſt euidẽti pulcerrimũ illud Emblema tuũ: Dies mortis æternæ vitæ natalis eſt: Cuius picturã hic Typus exhibet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Hoc Emblema cùm multis doctiſſimorum hominum carminibus elegantiſſimis illuſtratum ſit, præcipua ex ijs clauſulæ loco ſubijcere placuit.

Nic. Reuſnerus.

Summa dies mortis, vita natalis habetur
Æternæ: Si vis viuere, diſce mori.

Idem.

Mors hominem mortis pariter morbiq́ periclis
Subtrahit, & vita certa ſit arrha noua.

Albertus Lemeierus.

Grana velut putrefacta nouas meditantur ariſtas,
Corpus ſic gignent oſſa ſepulta nouum.
Nempè ex interitu fluit inſtauratio noſtri,
Principiumq́ boni finis acerbus habet.

Petrus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Petrus Lindenbergius.

Mors quæ corporeæ eſt huius deſtructio maſſæ,
Ianua ea eſt, vitæ principiumq́; nouæ.

Idem.

Tranſitus è viuis vitæ cœleſtis origo eſt,
Qui Chriſto didicit viuere, viuit homo.

Idem.

Lux ea mortalis quæ ducitur vltima vitæ,
Rurſum natalis ducitur eſſe nouæ.

Hermannus Embſichouius.

Naſcendo morimur, vita altera morte paratur,
Vita hæc mors, mortis funera finis erunt.

Paulus ab Eitzen Th. D.

Viuentes morimur, morientes viuimus, ergò
Viue memor mortis, mortemq́; paueſcere noli.
Vita malis plena eſt, pia mors precioſa quies eſt.
Vitam mors ſequitur, ſed mortem vita beata.
Mors nobis lucrum, quia vita eſt Chriſtus Ieſus.

Bonifacius Calenius.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Qui moritur Domino, mors ſua vita pia eſt.

Prudentius.

Mors hæc reparatio vitæ eſt.

Eiuſdem Ranzouij Symboli æquipollentiæ.

Mors vitæ principium
Interitus reſtaurat.
Corruptio generat.
Finis præteriti, principium futuri.
Victurus morere.
Miſeria felicitatem parit.

Τὸ παρὸν οὐδὲν τόδε μέλλον πάντα.

Futura præſentia non videbunt, ſed præſentia futura.

D. Bernhardus.

Mors piorum eſt finis malorum, & ianua ad vitam.

Cicero.

Mors beatæ vitæ initium.

Epaminondas Thebanus apud Valeri-
um lib.3. iam mori-
turus.

Non finis, commilitones, meæ vitæ, ſed melius & altius initium aduenit; Nunc n. veſter Epaminondas naſcitur, quia moritur.

RAN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



RANZOVIÆ gentis ſunt hæc inſignia: cuius
In galea Martis cornua robur habent.
Vna quid eſt albo quòd pars nitet, altera rubro?
Arma Duces belli, paxq́; togata, decent.
Area cur non eſt facie inſignita ferarum,
Nobilium clypeis quòd decor eſſe ſolet?
Quem Pietas, animi Candor, quem conſcia famæ
Nobilitat virtus, nobilis ille ſatis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Lipſiæ,

EX OFFICINA TYPOGRAPH.
ABRAHAMI LAMBERGI.

Anno

M. D. XCII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]